



Q. F. F. Q. S.
DISSERTATIO HISTORICA
De

VRBE VLOA,

Cujus
PARTEM PRIOREM,
*Adprobante amplissima Facultate Philosophicâ
in regia ad AURAM Vniversitate,*

PRÆSIDE
VIRO CI.

MAG. ALGOTHO A.
SCARIN,

Histor. & Phil. Civil. PROF. Reg. & Ord.

Publica censura, qua par est modestia, sistit
JOHANNES JOH. SNELLMANN,
Scholæ triv. Vloënsis Collega superior.

In Auditorio superiori & maximo, ad diem XXVI.
Martii, ANNI repar. salutis MDCCLXXXVII,
Horis ante meridiem solitis.

ABOÆ, per JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.



Kongl. Majestets

Samt General Tull- Arrende Societetens

General Lieutnanten Högwålborne Baron

Herr CARL CRONSTEDT.

Vice Amiralen Wålborne

Herr THEODOR ANKARKRONA.

Regerings-Rådet Wålborne

Herr OLOF SANDBERG.

Cammar-Rådet Wålborne

Herr CARL von GROOT.

Commercie - Rådet Wålborne

Herr OLOF von TÖRNE.

Cammar Herren Wålborne Baron

Herr JOHAN LÖWEN.

Majoren Wålborne

Herr JOHAN MAURITS KLINKOWSTRÖM.

Öfver - Commissarien Wålborne

Herr REINHOLDT BERNDT HAUSWOLFF.

Krigs - Commissarien Adels och Högachtad

Herr JOHAN WILLIAMSSON.



och Cronans

samtelige respective Herrar Fullmächtige.

Öfwerste Hoff-Intendenten Högwålborne Grefwe

Herr CARL GUSTAF TESSIN.

Öfwerste Lieutnanten wid Kongl. Lif-Gardet Wålborne

Herr OTTO REINHOLD WRANGEL.

Commercies Rådet Wålborne

Herr JACOB von HÖKERSTEDT.

Cammar-Rådet Högwålborne Grefwe

Herr CARL FRIEDRICH PIPER.

Cammar Rådet Wålborne

Herr PETTER DRUFWA.

Cammar Herren Wålborne Baron

Herr SWEN CEDERSTRÖM.

Kongl. Secreteraren Wålborne

Herr LEONHARD KLINKOWSTRÖM.

Etats Commissarien Wålborne

Herr CHRISTOPHER CHRISTOPHERSSEN.

Commissarien i Kongl. Cammar Revision,

Adel och Högachtad


Herr OLOF MALMER.

Handelsmännenne Åreborne och Högachtade
Herr JOHAN ADAM PETERSSON.

Herr GUSTAF KIERMAN.

Herr ANDERS PLOMGREN.

Mine Nåd = och Hög-gunstige Herrar

 Igraste, vittaste M: N, I Rikets värdaſte Wäner!
Vrſte af wiſdom och wett ſamt ödeſt Lyne och Lyne,
Som med berömliger åcht wär: Sveries ingålder och
fördel.

Dagliga ſöka, och med all tid thes ſtatter upodla.
Låter i dag ER guast I hysa för alla, ſå lyta
Åfwen ock uppå mig, ſom med diup wördnad begiärer
Få EDER ågna the blad, ett omoget snille päriſtat,
Hwad ſom om B: E: A ſtad at täcknas wara må wärdigt.
I min Fader i många år tedt nåde och ynnest,
Får jag nu åfwen och det mitt wärel med nåde åſkådas,
Har jag wunnit thet alt, hwad jag mig winna har önkſat.
Sånda jag innerlig wil til himlen oändliga böner,
At I råfna ſå många god d'ar, ſom hafwen ha ſanden:
Och när lifwet har ſhlt ſitt mått och glaſet å runnit,
At GUD tå ſalige ER inſtötter i frögden i högden!

Samtelige General Tull-Ärende Societerens
reſpective Herrar Tullmåchtiges

Allerödmuſkaſte tjänare
JOHAN Joh. SNELLMANN.

P R Æ F A T I O.

Cur nobilem hancce, neque minus arduam & difficilem materiam, quam tenebris involutam multis, mihi tractandam sumserim, plurimæ in promptu rationes adsunt. Instar omnium, & quæ præcipuè me permovet, ad subeundum onus hocce: *pictas* est, ejusque, *quæ omnium amores complectitur*, noscendæ & ornandæ studium; quod mihi curæ cordique semper fuit. Illud tanta cum voluptate se mihi conciliavit, ut quam vetustatis, id est stirpis & originis obscuram investigationem alii inter glandes deputare solent, eandem deliciarum loco ego habeam & nullo non adfectu blande prosequar. Nullum reperire potui argumentum, in quo elaborando versari malui, quam illustrandis quocunque modo *patria* memorabilibus, iisdemque ab interitu vindicandis. Est illa communis parens, est nutrix, in cujus sinu lusit adolescentia nostra: hæc artibus & disciplinâ informat, hæc opibus, honoribus atque auctoritatibus ampliat: hæc omnia ad suorum civium & incolarum commodum & ornamentum refert. Et quia nos ipsa diligit, fovet atque complectitur, remunerandæ gratiæ vicem, mutuam amorem a nobis exoptit. quia regit atque tuetur suos, obsolescere apud cives sui reverentiam pati nullo modo potest. Hæc aliaque mecum pia mente perpendens neque temperare mihi, neque subterfugere potui, quin aliorum literatæ patriæ civium exemplo, eodemque *ordinis* hujus *CUSTODIBUS* atque *STATORIBUS* commendato (*) VLOAM pro tenuis ingenii mei

(*)

S. T.

• - Som Collegium, af dese infände disputationer med

mei viribus, rudi penicillo delineaturus accederem. Est illud institutum de urbibus scribendi non nostri ævi inventum. Valet apud illos, qui consilium inivere orbem univrsam aut certam aliquam partem illius coram adspiciendi, vt quid in vrbe aut regione præclari insit, iam ante scire & curatius indagare queant. Præsertim illis non displiciturum spero, quibus negavit fortuna sequi eundem ductum; negavit pedem extra patriæ larem proferre. Possunt illi privatos intra lares peregrinari, & quæ foris scitu digna occurrunt, domi suæ obire omnia, & tanquam præsentibus oculis suis curiosè perlustrare. Vtrique generi bellè curiosorum horum, meæque pietati vnâ fideliam satisfieri volui. Optassem elegantiori & pleniori habitu omnia a me conformari & in medium proferri potuissent; sed fateri convenit, in illo instituto, ob penuriam instrumentorum, puta monumentorum provehenda

nötte finner, huru som några tagit sig före at låta utkomma beskrifningar om en och annan *Province* och *Stod* här i *Riket*; så skulle *Collegium* gierna önska at *Consistorium Academicum* wille upmuntra ungdomen at ån widare således fortsfara med andra *provincier* och *Städer* härstädes på samma sätt, som stiedt är med *Sigtuna* stad, och de giordt, som delat sig emellan *Måsterbotns province*; på det man åndteligen må kunna hafwa en slikt kundskap om alla *provincier* i *Riket*, emedan sådant skulle lånda både til *Rikets* och *Fäderneslandets* heder, samt *Publico* til mycken nytta och gagn. Swar med *Collegium* befaller *Consistorium Academicum* Gud alsinächtia. *Stockholm* den 9. Sept. .1731.

På Kongelig Maj:ts och Rikens Cansellie

Collegii wägnar &c.

dæ rei inservientium, non simplici vice retardatum, ad-
eoque ad reducendum a calculo manum prope adductum
fuisse, cum re ipsa viderem me agrè præstiturum, quan-
tum animo meo ipse præcepissem. Verum ne quam
præposterè censendi occasionem malignitati darem, i-
gnaviæque mihi dicam impingendi, quæ potui, effeci:
latiniæ hinc inde dispersas, comportavi, exegi & pro
modulo ingenioli mei, suo quæque loco digessi. Noli i-
gitur LECTOR benignissime, si quæ desideraveris, meæ
negligentiæ atque incuriæ penitus adscribere. Historicos
enim & acta publica, quæcumque privata industria aut
aliorum liberali provisu investigare potui, oculo non
fugitivo lustravi. Verum enim vero, si non omnia ju-
cundè, jucunda tamen plurima, quod spero, prolatu-
rus sum: eademque, si non notis ignotisque promiscuè
salivam moveant, civibus ipsis saltem, qui sunt & futuri
erunt, ad antevertendam, quocumque nisu, temporum in-
juriam, non displicitura. Animus quidem fuit, stadium,
quod decurrere constitui, vno, quod dicitur, anhelitu,
absolvere, adeoque omnia ea, quæ ad VLOAM spectent,
vno eodemque tempore publicæ luci dare; verum ut
rationem haberemus temporis atque sumtuum, disserta-
tionem diffindere, eandemque in partem priorem & po-
steriorem dividere, visum fuit. In parte priori urbis i-
psius natales ejusque situm atque formam cum ceteris
appertinentiis delineasse contenti. Interim Temet LE-
CTOR humanissime, ea, quæ par est, animi observantiâ
rogatum volo, ut conatibus juvenilibus, iisdemque in-
noxiiis favere non dedigheris: quin ad progrediendum
inoffenso pede in iis, quæ restant, impetum mihi ala-
critatemque adpires. Vale.

CON-

CONSPECTUS hujus DISSERTATIONIS,

- Prefatio viam ad institutum preparat.*
- §. I. *Situm & amplitudinem Urbis delineat.*
- §. II. *Etymologiam nominis expendit.*
- §. III. *Natales & incunabula Urbis investigat.*
- §. IV. *Privilegia profert.*
- §. V. *Sigillum & insigne exponit.*
- §. VI. *Arcem Vloburgensem ejusque fata describit.*
- §. VII. *Gubernatorum Arcis & regionis catalogum exhibet.*
- §. VIII. *Delineationem templi sistit.*
- §. IX. *Nomina Pastorum & Sacellanorum recenset.*
- §. X. *Curiam describit cum suis Consulibus & Senatoribus.*
- §. XI. *Schola trivialis fata enarrat.*
- §. XII. *Ætatem atque ordinem Rectorum, ceterorumque Scholæ ministrorum sistit.*

Corrigenda.

p. 6. lin. 6, post rapidissimumque comma (,). sequente linea ab initio post plura, item comma (,) p. 14. linea a fine quinta lege nãdigt. p. 21. lin. 11. post necatoque adde: viro eodem. p. 24. lin. 19. post cujusdam aele comma. p. 25. lin. 24. lege marcescit. p. 32. lin. 13. post fabr. factio dele punctum.



IN NOMINE JESU!

SECTIO PRIOR
De
VRBE VLOA

§. I.



VLOA, in Orientali Botnia, aut si cum vetustis scriptoribus loqui velimus: terra (a) Amazonum (Cajania, Qwenland), orbis arctoi vltima vrbs, loco a natura amoenissimo, & si circumjacentia respiciamus, spatioso admodum, saluberrimoque, sita est: Immo, quam ceteræ magni ducatus hujus vrbes, vna vel altera exceptis, in confessibus comitiorum, ordine atqve loco honorificentiore habita (b). Ab ipso statim
A fun-

(a) Confer in Adamum Bremens, (edit. Fabric. in folio p. 59.) veterem scholiasten, num. 78.

(b) Conferri potest descriptio Suetbia Vexionii, vbi VHLABUR-GLIM primum orientalis Botnia oppidum ad boream esse, & abs flumine VLÅ, cui aajaet, munitissimoque ibidem castro, nomen habere, ait.

foundationis tempore in continenti vrbs nostra condī
 cœpit. agris fertilibus & frugiferis vtrinq̄ue gaudet, co-
 lonis & civibus non parum conciliantibus & amœnitatis
 & vtilitatis. Parte illa, qua occasum brumalem spectat,
 in longitudinem magis quàm latitudinem porrecta est,
 quatuorque admodum plateis regularibus loci area il-
 lius distingvitur. Duæ à meridie ad septentrionem ver-
 gunt. tertia ab oriente ad occidentem extenditur: quar-
 ta vero suum ab occidente initium capit, & in orientalem
 vrbs plagam exporrigitur. Plateas hasce, octo in trans-
 versum directi angustiores vici (grânder) distingvunt,
 suoque interventu efficiunt, vt in certas statasque tribus
 & regiones (quarter) civitas distribuatur. Ceterorum
 more corporum naturalium & moralium, ex seminibus
 adeoque tentibus initiis cœpit isthæc communio. ne-
 que enim illam civium frequentiam, laxamve ædificio-
 rum pulchritudinem, quâ hodie superbit, foundationis
 suæ initio statim ostentare potuit. Vbi hodie spatiosa
 passim conspicitur contignationum omnis generis series
 & structura, ibi ante non multas hominum atates, pa-
 gus tantum rusticus erat, quatuor, vt vult communis
 fama, colonis inhabitatus: illi qui ecclesiæ Limingœn-
 si addicti, suas secundum fluvium casas & mapalia ex-
 structa habuerunt; ceu ex antiquis locorum nominibus,
 adhuc residuis, adfirmare volunt atate apud nos prove-
 ctiores nonnulli. Quin ipsi nobis persvademus, fuisse
 olim eam partem, quæ orienti septentrionique subjacet,
 stabulis & habitationibus pecorum hominumque destina-
 tam. Scilicet est illa editior ac sterilior, arboribus &
 fruticibus obsita vndequaue. Australiorem vero ob pla-
 niti-

niciem & indolem accipiendis frugibus mitiorem, agris
 excultam constat. Illa fuere vr̄bis nostræ semina & par-
 ticulæ, v̄t ita dicam primordiales, quibus olim coaluit.
 Pristinæ strues, si quam exstruendæ arcis materiem suppe-
 ditare potuerint, istius operis molimini concessisse & à
 molientibus adaptatas fuisse credibile est. Sin minus,
 vr̄bis fundatoribus quantulocunque vsui fuisse nulli du-
 bitamus. In tradenda topographia vr̄bis, nomina pla-
 tearum, pede, quod dicitur, sicco neque præterire con-
 veniens erit. Quæ in ceteris eminet Wilda catu (Re-
 gerings gatan) alias Tori catu (Torg-gatan) forum &
 portam vr̄bis meridionalem (Limingo Tullport) conjun-
 git. Secunda Kirckon catu (Kyrckio-gatan) ad telonium
 australe dirigitur; viamque, nomini suo convenienter,
 ad templum & ad sacra anhelantibus civibus aliisque
 nullo modo impeditam aperit. Tertia est Cajanan-
 catu (Cajana-gatan) sic nuncupata, quod a porta vr̄bis
 orientali (Cajana port eller tullen) quâ Cajaneburgo V-
 LOAM proficiscentibus deveniendum est, viam rectam
 ad ipsum forum pandat. Quarta Linnan-catu (Slåh-
 gatan) adpellatur, quia arcem prospicit, eidemque e
 regione opposita est. Ante irruptionem Ruthenicam a-
 ditus ad arcem curribus & vehiculis nullis non patuit per
 ingentis molis pontem, super torrentem Linnan-costi
 (Slåh forsen) constratum. Erat illud opus circumjacentium
 ruricularum & quamdiu duraret, illorum quoque-
 sumtibus & præcipue operâ quotannis reficiendum: do-
 nec Anno MDCCXIV. mense Majo, paullo ante hosti-
 um adventum alterius Cataractæ, quæ aquilonem pro-
 spicit & Mexicosti (Hassforsen) dicitur, inundatione

4
nimiã, cum omni substrata operis mole penitus absorberetur. Ex illo vero iniquo casu resurgendi hodie vires nullæ, neque spes se hodie aliqua parte prodit. Platea de qua modo dictum fuit, orientalem vrbis regionem respicit. vbi per semicirculum quasi cum platea Cajanensi (Cajana-gatan) committitur. Et pro vt non obscure repræsentat hemicyclus ille caudam domesticæ felis, inde factum quoque, vt Catinhãntã, plebejo nomine adpellatur. Sunt istæ plateæ vrbis ordinariæ. Solet autem adijci quinta etiam, sed illa magis ignobilis Licaportinæ castu (Sãportẽ=gatan) vrpote quã per æstatem pecora & armenta ad pascua transire solent: imo ad molas aquaticas, & machinas illas etiam, qua trabes in laminas tenues secari solent, via patet. Vicos minores & angiportus hac illac declinantes cum suis anfractibus atque flexuris sciens vidensque prætereo. Ad borealem vrbis plagam est vliginosus quidam locus, ab advenis, imo incolis ipsis etiam Lica castu denominatus. Et quamvis nocivum habeatur omnibus, iis præsertim, quibus delicata & vnguentis delibuta educatio contigit, uideos & palustres ex aëre succos spirare, nunquam tamen detrimenti quidquam valetudinis viciniam: inde passam fuisse, passam notum est. quippe pro virili, fossis ceu fistulis & cisternis in aliam atque aliam regionem ductis detortisque effectum, ne amplius aqua ibi stagnare possit aliqua. quam ob causam minus speciosam faciem vrbis & loci illius hodie arena, sabulo, imo lapidibus aliis lupèr aliis obsitam & obstructam invenimus. ita vt ex solido iam prope compaginata adpareat tellus, vbi ranæ lascivientes pridem suam e limoso gurgite veterem quere-

Iam coaxarunt. Urbis ædificia, quæ non nisi lignea sunt, innumeris palis & trabibus, tres aut quatuor cubitos longis, iisdemque fundo valide insertis intrusisque superstructa sunt. Etenim fuit regio illa multo limo turbida olim densisque salictis obsessa, ut supra dictum: non aliter quam quondam *Venetia*, suisque hodie anfractibus longe lateque sinuosa STOCKHOLMIA nostra; ubi turrita ædificia multa, vastissimæque lapidum moles substructionesque, mari in ipso, palis superimposita conspiciuntur. Multum igitur opportunus est hic locus civibus, eorumque ex vno in alterum locum mercimoni-orum & ceterarum quarumcunq; rerum transvectionibus. Pauci enim illi sunt, qui non cymbis & lembis, perinde atq; plastris essedisq; pro lubitu uti, adeoq; genere utroq; vecturæ isto, opera & negotia sua quacunque domesti- ca promovere possunt. Præstat hanc commoditatem incolis partim amnis *Jurusåja* (*Jurusbäck*)*, qui a palude non multum remota *Juruslampi* (*Jurusstråsk*) scaturit, atque sinui Botnico leni tractu se immittit. Profluente illo in duas partes, ceu hemisphæria quædam vrbs ipsa secatur, quæ totidem pontibus humana solertia fabricatis iterum jungitur, ut hominum & jumentorum pedibus non minus quam *lignis equis* loca vrbs tantum non omnia conveniri queant. Qui septentrionem spectat tractus, dicitur *våhåpuoli* (*lilla delen*) sive etiam *fircon puoli* (*fyrkio delen*). ad meridiem vero pars altera vergens *Jsepuli* (*stor delen*) seu *Weldo lgå* (*åkerbyn*) adpellatur: ab agrorum jugeris qua qua ver- sum porrectis, quibus illa regio, ante jacta vrbs funda- menta luxuriabat, denominationem, uti videtur, suam forti-

(*) *Vel etiam Vappilansåja.*

sortita. Quin, ne mutato vitæ genere pristino, veteres mores penitus dedidicisse quis existimet mercatores nostri ævi, agris colendis, quo mercaturæ, eodem studio incumbunt; licet non eodem, quo olim, sed quadrante milliaris remotiore loco, quæcunque fuerint, rustica opera exerceant. Ad boream aut si mavis solis æstivi occasum, præcipitem rapidissimumque de quo modo plura torrentem habet *Mericoski* (*Sjöfors* vel *haffors*) vocatum, in quatuor cornua atque ramos divisum. Horum primus spumantes undas etiamnum retinens, proximo a cataractis loco in austrum divertit, & iratis aliis subter aliis vorticibus in mare dilabitur. Accolæ *Callisen wirta* (*Calliseström*) nuncupant. Alter rivus, qui aliquanto major est, *Linnan costi* [*Sjöforsen*] nuncupatur. Ab illo non nisi exiguo intervallo recedit *Ummåncoski* (*Riåvingsforsen*). Quartus & ultimus aquilonem versus dirigitur alveus, & *Quiran* cornua vulgo: imo *Maatin* cornua aliis dicitur. Tanto vero & tam præcipiti impetu fragoreque devolvitur, ut remotis ultra quadrantem milliaris, exsiliens e rupe murmur ejus fremitusque percipiatur. quem ubi composuit ætum furentem, leni & placido alveo demum vasti maris æquora subit. *Ijå* & *Kiemi* territoria ecclesiarum yrbi septentrionem versus adjacent. Ad occidentem, insula seu parocia *Cayid* sita est; cum qua subjecti maris planitiem, quatuor milliaribus ab yrbe distantem, oculis terminare licet. meridionali vero plagæ *Limingå*, *Sijcajoki* ceteraque imminent. quemadmodum ad ortum proficiscentibus annexa, uti dici solet, *Mubos* occurrit. illa quæ a primis inde temporibus *VLOÆ* annumerari coepta est, & dein

Paldamöensæ ecclesia. Pingvibus annis, cum majore copia pisces se littoribus infundunt, Kiemi & Ijå incolæ parochiarum, ingentem varii generis salitorum piscium vim civibus, non ad victum solummodo, sed & mercaturam venum exponunt. Plura, quæ circa loci descriptionem scitu digna videri poterint, in ipso dissertationis progressu, vbi opportunum fuerit, indicabimus.

§. II.

VLOAM meam dulcissimam igitur, dum Levi, quod dicitur penicillo, adumbrare adgredior, à Nominis ipsius derivatione, vt incipiamus, ratio methodi jubet. Nomen suum gerere videtur cum ipsa arce idem fere. vt-pote a praterlabentis fluminis alveo, qui Fennico idiomate Oulujoki, Svethice Vleå (a) adpellatur, nomenclationem suam trahit. Vnde autem nomen *flumini* inditum, fuerit derivandum, ardua atque difficilis dictu res est. quia nulla nobis istius indagandæ antiquitatis instrumenta suppetunt neque supersunt. Ab vltimis inhabitati orbis hujus temporibus, nomine illo inclytum insignitumque fuisse flumen, & vna cum flumine locum eundem, quæ injuriæ temporum, vetustas superesse voluit, documenta literarum antiquissima nosmet dubitare non sinunt, in quibus Vllajocki (b). Vleå Iån, Vleå tråst notissima nomina sunt. Hominum plebejorum apud nos provectissimæ ætatis narrationes atque fabulæ, quas a majoribus, quasi de manu in manum nactos se prædicant, referunt dictum flumen nominis sui originem

(a) Ad analogiam Botnicarum trans mare urbium: Umeå, Pirbeå, Luleå Torneå &c.

(b) Nettelbladz biblioth. Sveth. III p. 233.

ginem debere famoso cuidam Lapponi, nomine *Oulas*, quod cum nostro *Olli* (*Olof*) (ne quid de heroibus veteris & recentioris ævi dicam, *S. OLAVO* (c) & divo *OULERO* (d) Norvagiæ rege altero, altero *ATTINI* si-
ve

(c) *Religionem publicam S. OLAVI non per Scandiam modo, quaqua patet, invaluisse, sed & Constantinopolin penetrasse ex STURLONIDE discimus. Fennos nostros eodem ævo, quo in amplificationem rituum & reddituum traherentur omnia, clientelari jure Patrono eidem perinde obnoxios fuisse, præter colossam sancti illius statuam, quæ ut alibi, ita in nostris ecclesiis quoque prostat, loca alia atque alia: Olufsborg in Savolaxia, Oulafsby, Dulfsby (conf. dissert. de Biörneburgo, pag. 10.) in Satakundia restantur, quæ Divi memoriam illius in suis nominibus recolunt. Quæ cum ita sint, quid obstat, quo minus regem OLAVUM illum, apud affinem Holmgardiæ principem sæpe exsulantem & per fines Ostrogardiæ nostræ in Norvegiam ultra citroque commitantem dicamus in familiaritatem Fennorum pervenisse virum: & demum Oulöenses nostros post solemnem Apotheosin, ceterorum trans mare vicinorum, præcipue Marcho Fennorum more, qui Norvagiæ proximi sunt, ipsos semet & terram suam clientela nominis illius dedicasse, adeoque ex *Oulastå* hodie *Vlå*, ab *Oulafsborg* *Ulaborg* hodie adpellari. confer descriptionem *Kopिंगia* urbis vermaculam pag. 57.*

(d) *Oulerum, aut si mavis Aulerum, (Uuli) quod Gothica lingua hominem nomadicum seu ambulatorem sonat (Vpsal. Schefferi pag. 120. & 202.) Attini socium diximus. Eum Svecis gentilibus cultum fuisse, præterquam ex Saxone ceterisque veteribus, nomina locorum multa probant, præcipue circa Vpsaliam, quæ religionem veterem Illius etiamnum lo-*

ve fratre sive filio , certe socio , de quo utroque in Vp-
salia antiqua sua Schefferus & in monumentis Vplandicis
Peringskiöldius multa memoriae prædidere) prope coinci-
dit. Illum a sinu patriæ (e) extorrem ad spatiosum &

B

cele-

loquuntur. Eundem cum Rostiopho Fennorum aruspice sive
bariolo paria fecisse , prestigiariamque usum adeo calluisse , ve
qua diris carminibus obfignasset , animaliam ossa quoque , navi-
gii loco , abiberet ad maria celeri & inoffenso pede trajicienda ,
SAXO & ex illo quoque SCHEFFERUS perhibent. Hunc san-
tarum artium magistrum quis negaverit suum cultum ad
Fennos facillimo negotio propagasse , quemadmodum Rostio-
phus exquisitis præscientia studiis apud Suecos excelluisse tra-
ditur. Profecto quæ nova superstitione posterior Oulas , (S.
Olaus) : eadem priorem & antiquiorem Oulas seu Ouler
hunc ipsum , cujus modo memini , suum nomen , suam pietatem ,
absurdam licet , Oulæ fundasse & terra inhabitatoribus mul-
to ante conciliare potuisse , veri similitudine non caret. Qua
si magis , quam altera , imbeceta videri possit conjectura nostra (conf.
disser. de O-Botnia p. 33.) veniam , qua antiquitati , eandem
nobis paratam speramus , ut consecrare liceat primordia urbis
nostræ , ceterarumque rituum gentium , origines ejus ad Deos re-
ferre.

(e) Finlandiam puta & qua eandem contingunt , australiora
Botnie nostræ. Aliis atque aliis temporibus , præcipue vero
ERICI Sancti regis armata manu , Fennos ad migrandum avi-
tas sedes suas compulsos fuisse , Schefferus in Lapponia p. 52.
& alibi passim inculcat. Et crederemus nos quoque religio-
nis ignota fastidium (quod fatum vna cum Fennis , Ostro-Bot-
niam implicuisse constat) Olloni , aut si mavis , Vllero
(Oulas) nostro necessitatem imposuisse familiam & pristinas se-

celebrem lacum regionis nostræ, novem intervallo miliarium, orientem versus, ab vrbe distantem olim consedissee referunt. Cumque non ex lacu ipso modo ingens piscium varii generis, eorumque lapidissimorum copia prostaret, sed & silvæ circumjacentes musci rangiferini (tota enim substantia seu divitiæ lapponum adhuc in rangiferis consistunt) quantum satis esset, suppeditarent, posteros et nepotes suos circumcirca disseminasse: a se vero agminis & coloniæ illius satore lacum vna cum fluvio *Uajervi*, *Uajofi*, quæ voces *Uatrást*, *Uleå*, Svethice sonant, denominasse. Traditionis veritatem non propugnamus, neque impugnamus falsitatem: sed in medio relinquimus auctoritatem illius: postquam singula, quæ non animum fabularum loco haberi volunt a veteribus tradita, hoc nostro ævo, nisi tabulis & monumentis coævis corroborentur, fidem peragre, certe non historicam invenient. De lacu modo dicto illud adijciendum, quod per paræciam *Uläensem*, septies fragosis præcipitatisque vorticibus, qui incolis *Nisca*, *Abmas*, *Vracoski*, *Sotajärvi*, *Pyba*, *Madecoski* & *Merikoski* dicuntur, non procul ab vrbe nostra in vastum mare se effundat. Stabilito nomine in ipso flumine longa præscriptione, temporis progressu factum est, ut ab eodem arx *VLEÅBORG*, imo vrbs ipsa cum paræcia & fluvio: *Uleå Stad*, *Uleå Soehn* eandem deno-

deno-

des in Cajania (quo nomine Lappiam Russi adpellant) vteriora transmovendi. Verum cum nulli dubitemus, quin multo ante stabilitum in Fennis imperium Specorum, terra isthac colonos habuerit suis certis sedibus distinctos, oportet antiquior sit omnino Ollonis migratio, si qua ejusmodi notabilis vlla in rerum natura exsiterit.

denominationem invenerint: nisi antiquitatum harum me sagacior aliquis, fideli adeo certaquæ memoria servari ægre potuisse existimet primum in sedes vetustissimas hæc, gentis ductorem: adeoque illam, quam Clariss. Mag. *Petrus Nic. Mathesius* Vpsaliensium Professori, Archiatro & Societatis ibidem litterariæ Pro-Præsidi, Doctori **OLAVO RUDBECKIO** in acceptis refert originationem, ad verè speciem magis existimaverit efformatam: qui verbi hujuscæ origines ad Hebræorum *אילא* ascendit, referendas autumat, indequæ **VLOAM** ascendentem & orientem regionem dictam a *Judæis*, primis gentis nostræ satoribus, quod orbis habitabilis, certe vrbium omnium fere supremo loco emineat, præcipuisquæ, ad orientale latus Botnici sinus, locis atquæ regionibus, optimo suo merito, accensenda veniat (e)

§. III.

A vocis **VLOÆ** *ἰσίου*, ad incunabula & foundationis tempora illius transitum facimus. Tanto vero minus prolixiorum esse licebit in iisdem investigandis, quanto illa notiora sunt, quam ut multis investigari opus sit. Fuit autem fundator vrbis Princeps de universo Sveciæ regno ejusquæ libertate ecclesiæ immortaliter meritis, gloriosissimæ memoriæ, Svecorum, Gothorum, Vandalorumquæ Rex **CAROLUS IX.** Eundem, cum bello Moschovici ac Livonico intentus, circa annum superioris sæculi decimum, expeditionem in Careliam, a Moschovici oppressam, pararet, & per hosce Botniæ (f) nostræ fines auxilia civibus

B 2

acce-

(e) *Dissertatio Academ. de Ostro-Botnia p. 42. & 43.*

(f) *Paulino in historia arctoa Libr. II. p. 142, dicitur rex idem a: o MDCV. Botniæ Septentrionalis nostræ fines transis-*

acceleraret, vrbis nostræ fundamenta, ad ostium *Vlājokis*, collocari illico præcepisse, sunt qui velint non pauci. quippe æmulatum ajunt eodem facto suo gloriosissimi monarchæ parentis sui exemplum: de quo *Petreyus* perhibet, quod intentus licet bello Moschovitico, Vpsalensem & Vadstenensē arcem domi nihilominus fundaverit, ad avertendam noxam, si quæ viscera ipsa regni in statu satis salvo non relinqueret. Hortum arci subjectum, (de qua modo plura) in cœmiterium novæ vrbis rex designavit. Parœciam *Vlāensem*, nec non arcis & aulæ sustentationi jam olim destinatum prædium *Ladugården* dictum, cum quatuor colonis, qui hæcenus agrum, totidem portionibus virilibus cum dimidia constantem, incoluissēt, in vrbis usum flaminiaque commoditatem illius donavit; Quin ne periret memoria regalis beneficii & liberalitatis illius, diplomate foundationis, privilegiisque auro contra carioribus, iisdemque neque hostium vi, neque fuga distractis vlla, communit.

§. IV.

Præcipua condendæ vrbis, quæ Regem augustissimū movebat, causa, incommoda erant non vnius generis incola

se. quo tempore de condenda urbe hac regem consilium inivisse vero simile videtur. Immo confirmat in illa sententia nosmet tenor ipse privilegiorum ab initio statim: ubi quadriennio ante fundata dicitur urbs, quam collata jura immunitatesque civium, scripto consignarentur. Paralyti vero anno, quam subscriberentur privilegia, jam ante tactum fuisse regem, Bazius in inventario testatur. Ex quo morbo, cum nunquam convalescit, anno X. seculi expeditionem in hostem non ipsum movisse quisque videt.

colarum regionis hujus. Videns Princeps urbium in orientali Botnia paucitatem, mercaturæ commerciorumque ad loca remotiora, per longinqua itinera terrestria promovendorum difficultatem, constituit hoc in loco ad mercaturam quam maxime opportuno, nundinas quotannis celebrari. Quot enim incommodis, quibusve arumnis & discrimilibus subjecti illi sint; quibus maritimo itinere merces suas transportare natura negavit, cuique in propatulo posita res est. Ex ultimis Tavastiæ & Savolaxiæ hanc urbem, puta *Aboam*, infinito numero colonos mercibus suis quotannis invisere solere, nostrum nemo non novit. Quantæ vero difficultates longo sub itinere terrestri devorandæ ipsis sint, qui cum lucello arumnas eorum sumtusque contulerit, sine ægritudinis sensu cogitare nemo potest. Eiusdem servitutis iniquam sortem ne Vloënsis vicinæ inhabitatores, præsertim suffragante natura rerum omnium alma parente, ætatem persentiscerent, incolis regionis & quotquot civitatis jura & privilegia ambirent, clementissime potestatem dedit heic loci urbis extruendæ: quæ mediante per sinum Botnicum merces suas, quocunque liberet, transvehere, aliisque indigentibus venum exhibere possent, quemadmodum ex privilegiis urbi ab eodem principe concessis clementissime, liquido adparet. Cumque instituto factum illo sit, ut palantem in illo tractu (puta *Cajanix*, a qua *Cajanorum* rex quoque adpellari voluit) gregem Fennonum suorum collegerit REX augustissimus, neque ad melioris spei atque fortunæ auspicia eosdem modo vocaverit, verum ad industriam laboris, ad artificia & nescio quæ non liberalioris vitæ munia signum sustulerit, hunc humanissimum principem in summis fortunæ

tunæ bonis, quis est, qui non numeret? VLOA non nunc solum, sed seculis feris etiam latissima prædicatione circumferet tanti herois merita: quippe cui natales, opes, vitæ & fortunæ ornamenta sua tantum non omnia, idque in solidum debet. Ad fidem dictis conciliandam, regalis munificentiæ monumenta, quæ etiamnum durant, privilegia ipsa puta, Tecum L. B. communicare animus est, ut si manus-oculata Tibi fuerint, quod dicitur in proverbio, illam explorandæ veritatis certitudinem in præsentia neque desideres. (.)

§. V.

(a) *Ne eandem sortem VLOA mea aliquando metuendam habeat, quam patria urbi sue priam accidisse queritur auctor de Calmaria dissertationis, ut defuncta cladibus illa, quam a principe solo privilegiorum suorum iacturam, aliunde resarcire non poterit, exemplam eorum, quæ nostræ civitatis sunt, ex ipso tabulario urbis ad nos transmissum, Lectori benevolo in hanc formam sistimus.*

WILHELMUS Munde, med Guds Nåde, Sveriges, Göttes och Wäners, Gennars, Carelers, Lappars i Norrlanden, the Casaners och Esters i Lijfland Konung, gïdre witterligit, at wij fyra år sedan, Gud den aldre hösste till äbro, och och wåra efterkommande Regenter och Konungar, så och wårt fädernesland till nytto och förköring, hafwa låtit fundera och bygga en stad uti Österbothn UHLÖ benämnd, och tillfagt dem, som dilt flyttia och bo wilja, at niuta och behålla Stads- Rätt och Privilegier, såsom andre Städer här uti wårt Konunga Rike Sverige. Så hafwe för bemålte wåra undersåtare och borgare som tijt nu skrivne äro haft theas medborgare Hans Jönsson här hos oss och uti undertänighet begärt, at efter Borgare dageligen förökas, at wij den samma Stads Privilegier, som wij dem tillförene nödigt tillfagt hafwa, wile låta bekomma, det wij och här med gïdre och Privilegere dem med efterföljande Puncter.

1. Wile wij hålla dem med Guds klara saliggörande ord, som är bygt och hafwer sit fundament och gruntwahl på den Prophetiske och Apostoliske skrift, utan några människors superstition eller bjälra,

2. Bele wij hålla dem med Sveriges bekräfne Lag och Laga stadgar, så at de skola hafwa Stads Rätt och Lag, lika som andre wärdre Oröder öfwer allt Sverige.

3. Skola de hafwa macht lika som andre Riksp. Stådmän här i Riket, at handla och wandla öfwer allt Sverige, i alla marknader som i Sveriget, Finland hålles, item i dese Städer, som äro Nässe och Narfwen och andre Städer i Lißland, som of och Sveriges Grovno tilhöra, och hwad gods de således sig tilhandlandes warda, måge the utföra hwart them synes, doch at dem skal wara förbudt, at de ibland sit egit gods intaga något utlånt och fremmande gods, wid godtyns förbrotelse och 40. markker Ewenska.

4. Gifwe wij dem af och tilhånd, at hugga och utföra med deras egne Skipp utaf Riket, masten, Spjörer, Lechter och wed deraf de of, så wägl som andre waror of deras tilbörliche tull gifwa skola, när deras frj åhr är ute.

5. Skola de hafwa macht at bygga Sägghwarnar i Skogarna, der lågenhet kan finnas, som of och Cronan tilhörer, doch så, at the skola giöra of af förbemälte strömmar och Bäckiar wåre rättigheter, när theas frjhet äthe ar, efter som strömmen och tillfälle kan wara til.

6. Skola de hafwa macht at bränna tiera och giöra sig tiardalar upp i Skogarne, doch så at the gifwa of deraf hwar tjonde tunna, såsom och i lika måtro hafwa macht at fiska wid alla fiske låger, långst botnen utåt, doch skola de wara förplichat wid hwart fiske låger som de fiska, at giöra of dersöre til wederlånse, när deras frjhetts åhr är ute, hwar tjonde tunna.

7. Skola de hafwa macht at bruta Bergwårcker, hwar de någre wyfinna kunna, doch så at the gifwa of til wederlånse tjonde delen af allt det Gud låckes gifwa d in deraf.

8. Hafwe wij nådigst undt och efterlåtit, at förbemälte ihlo Stads inbyggjare, måge wara frje för allmännelige skukfårder wmlågnings gåstningar, wa när och borbar och all annor fordenstap, sem den wågsfarande kan hafwa behof för penningar och skålig betaning, der med wåre Besåningsmån och Fogde, så wål som Borgmästare och Råd i staden hafwa ett waga insende, at sådant wed macht hålles, så at ingendera sidan, anten den wågsfarande eller wål stadens Inbyggjare måge hafwa orsac sig deröfwer at beswåra.

9. Ed hafwe wij of nådigst undt och efterlåtit, at alla Sådorer, som

som i Staden faller, han skal höra of halfparten til, och halfparten Staden, och den skal användas til Ryrckians, Scholstugurs och andre Stadens byggningar at hålla ic.

10. Uti förbemälte Uho Stad måge of sättia sig neder två Gullsmeder, tre Smeder, två Skinnare, tre Skräddare och tre Skomakare, Item Snickare en, Måtare en, Sämstmakare en, Hattmakare en, och eljest af allehanda Handtwärcker som kunna hafwa sin födo, item Bakare och Riötmånglare så många som kunna behöfwas.

11. Skal uti förbemälte Stad ingen Adelsman, Prästman, Rytare eller Knecht, hafwa macht köpa någon tomt, huus eller jord, af thet thet tillbygges, utan det skal allom Borgarom emellan köpas och säljas. det skal icke heller wara efterlåtit någre Borgars hafwa flere tomtar än thea som han bor uppå, med mindre så kunde hånda, at han barn hafwer och the wela blifwa Borgare och boendes i Staden, och om de dydeligen afgango, och ingen af deras ätt wore som tomten byggia och besitta wille, då hafwe Konungs Fogde macht at upbinda Borgmästare och Råd och menigheten samua tomt; the äge werdera honom hwad han ward är, och sedan hafwa macht at byggia therepå, som honom byggia wil, och Borgerskapet undt hafwer. are inga arfwingar wid handen, då are wij och Staden arfwingar, och the penningar theföre gifwas, skola höra of halfparten til, och den andra halfparten Staden.

12. Efterlåte wij them, som thet bo wela, etter som wij them tillsärene tillsagt hafwa, at the måtte 10 åhrs fröhet för alla utlagor, och hwad namn the of hafwa kunna, behålla.

13. Hafwe wij etterlåtit them under thetas Stad these bzar, som är Kästela under Staden och Kuiswala under Prästegården, såsom och halfparten i Sälkäcuwa ång, som ligger emellan Uho och Limingo.

14. Hafwe wij of undt them allena och inga androm, at hafwa deras frö handel och hamnar alt ifrån Uho til Kiemi norr ut, och åter ifrån Uho och til Carleby söder ut, och der skola inga andra Städer göra dem hinder eller iurrång uppå.

15. Skall dem gifwas rätt mått och wicht, thetetter alt god; som köpes och sälies, skal wägas och mätas såsom uti Städer.

16. Skola de hafwa wisä bryggare och bryggehuus i Staden, och icke hwar brygga som han will, utan de som dertill blifwa satte, the skola hafwa för eld och wäda skul, deras bryggarhuus och Porter på lägliga

liga vter i Staden, och af alt det öhl der bryggas, skall gifvas en marc accijs af hwar tunna, och der skola sättas wisa män til, som ther hafwa insecude med, at samma accijs tilbörl. och rätt gifwes. hwilcke penningar och skola komma öf halfparten til, och den andra halfparten til Stadsens bygning, och ingen skal wid *pen* och straf tilgörandes, fördrifta sig hafwa någon bryggestöhl i sit eget huus. the som och hålla bryggeställer ther uppå, the skola låta för redlig betalning bryggia i deras bryggehus. icke skal heller wara efterlåtit, som här til skiedt är, at Swenskt öhl skal skencias i alla wincklar och olofflig huus, utan der skal och sättas wise Borgare til, som öhlet i Kannehals uttappa, och skola de gifwa öf af hwar tunna the utmängla och utsälja, en half marc, och två daler til Staden.

17. Så wele wij och här med förordnat hafwa, at efter som offta skie plågar, at en hop främmande, som äro Hålländer, Tyfkar, Skottar, Swenske eller hwad Nation the helst wara kunna, the komma hit in i Riket, och sättia sig neder i Städerna och giöra deras Borgares eed och bruka deras handel och wandel, lika som inwånare, käfva sig och stå under sig stora ägodelar, och en part, sedan the hafwa riktat sig så mycket the wille, seija sin borgare eed upp och draga så af landet, sättia sig i fremmande Städer igen eller i ändra Städer i Riket, och bruka the penningar the här af landet fört hafwa: derföre skall hwar och en, som borgare wara will, som handel och wandel i Uhlo Stad bruka wil, och sonnerligen i vår Stad Uhlo; Först förän han till Borgare antagen warder eller någon Borgare eed giör, utlofwa och wilja blifwa ther werdes i alla sina lifsdagar. Hwad han det sedan icke giöra wil, utan tilbiuder sig, medan han här handel drifwer, Borgare rättighet at wilja utgiöra, då skall intet honom warda förbudt, när han sin eed aflagt hafwer, och emedlertid han ther besittandes är, skall wara öf, wår älskelige Huusfru och efterkommande Barn och Lifswingar huld, trogen, råtttrådig, och sedan skall han niuta Borgare rättighet lika med Stadsens inbyggare; men hwar så tildragga kunde, at han sedan wil säija sin Borgare eed upp, och sedan sig uti andre Städer och plåger at begifwa, wære sig inrikes eller utrikes, då skal han först hembiuda i Staden, eller någon besittin Borgare- och ingen annan, huus och grund, om han der något sådant tilförene haft hafwer. hwar ingen wöre, som sådant kiopta wille. då skal Staden efter måtesmannna ordom huus och grund till sig lösa, och widg;

ro af hans lösörön, som der fins uti huns och gifmms hans, skal wara fallen under Staden; Om nu innom Stads rå ei finnes igen lösörer, utan hafwer dem hemliga utom staden undanfickit och utfördt, dem hafwer han ock förgjordt under Staden, huus och grund utan merdering, och hafwer han, hwarcken hans arfwingar någonsin macht det at qwälja, finnes skuld efter honom innom Stads, som utur Staden börtsföra wil, då skall all skuld först betalas af Jord och lösörö innan Stad, och ingen annan sedan kräfwia härefter, som lag utwisar.

18. Så hafwe wij Nådigt efterlåtit dem i Stadscens bygning och förbättring den tjonde penningen af alt arf i Staden faller, så at hwar någon utom Stads wore, som något arf, anten löst i Staden tillfölle och han icke sielf wille bo i Staden på den huus och tomt honom tillfällen wore, utan wille bo utom Stad, och förer lösörö af Staden, han skal gifwa först der af i löst och fast, som förbemålt är till staden hwar tjonde penning, och sedan skall han icke hafwa macht at sälja någon, som utom Staden boor, anten Jord, huus eller tomt, som han i Staden ärft hafwer, utan will han icke sielf behålla och besättia henne, då skola de som i Staden bo, hafwa henne lösa efter måtesmanna ordom. will han icke sielf henne besättia, eller henne sälja, då skall samma Jord, huus eller tomt wara fallen under och Staden, och half parten och Staden halfparten.

19. Så wele wij med dese wåre Kongl. Privilegier taga och samma förbemålte Uhlv Stads Inbyggare alla med husro och Barn, gods och ägodelar rörlig och orörlig innom Stads och utom, uti wår Kongl. och Rijkens hägn och förswar, särdeles at strida och förswara dem för all öfwerwåld och orätt till lag och rätt; Förbindandes förden skull alle uti hwar Stånd the hälfst wara kunna, särdeles the som för wår skal, wela och skola gifra och låta, tilfoga förbemålte Uhlv Stads Inbyggare häremot hinder eller försång i någon måtto wed wår nåde och tilbörlligit straf tilgibrandes. gifwit och skrifwit på wårt Slätt Stockholm på det åhret efter Christi börd 1610. den 26 Septembris.

C. R. S.

(L. S.)

Quem in nulla non gente, vbi cultus & ordo civilis
 aliquis, inveterasse morem novimus, ut insignia præ-
 ferat & adfiscat alia atq; alia sibi, quibus cõmunitatis jura
 sua, nec non negotia publice privatimq; majoris momenti
 obfignare solet, corroborareqve, eundem Vlãensibus no-
 stris, cum in societatem oppidanam primum coirent, ne-
 que neglectum fuisse, palam constat. Gerit autem *VLOA*
 in sigillo suo Castri planam frontem, qvatvor lunatis pro-
 pugnaculis, totidemqve pinnis, turrium in modum acu-
 minatis condecoratam. Cujus subter radicibus, ex salo
 fluminis salmo exsilit, specimen illustre fœcunditatis,
 quam præ ceteris, genti nostræ natura consecravit. Quam-
 vis autem per illos arenarios pulvinos, qui in fundo ma-
 ris paulatim assurgunt, imo arundineta quoque, quæ sub-
 ter aquam enata ostium fluminis magis magisque prætex-
 unt & obstruunt, tantis non hodie atque olim factum,
 littora nostra agminibus subeat ista gens pelagi ludibun-
 da: eadem qua ante, si non majori copia, tamen semper
 circumqvaque ostiis fluviorum etiamnum infundere, vici-
 niæ toti *VLOÆ* nostræ, nobisque ipsis in sinu gratulamur.
 Potest de maris Botnici opulentia ista conferri popularis
 dilectissimi mei Dn. *Danielis Bonge* commentatio de Salmo-
 num natura & piscatione, quam sub præsidio Medicinæ
 Professoris experientissimi Doct. *ROBERGII*, ante non mul-
 tos annos *Vpsalia* publicæ luci fecit, vbi *περὶ ὀρνυον* Urbis,
 quale nos modo descripsimus, breviori disticho quo-
 que exprimere voluit:

Vloa quam claret Salmonibus, ecce Sigillum!

Fluctibus in mediis vbi Salmo sub arce notatur.

§. VI.

DE vrhis nostræ haud minimo quondam ornamento, Arce VLOBORGENSI,* quæ XL. fere annis, ante ipsam urbem condita est, ab initio dissertationis statim monere nonnulla necessarium duxi. Arx hæc, quæ VLEABORG, contracte VLOBORG adpellatur, non procul ab vrbe, juxta ostium fluminis VLOÆ, prope eam partem vrhis, quæ mari advertitur, in insula, septem pedes supra planum horizontis (matu pafet) edita, dictisque fluvii decidui cataractis circumdata, sub auspiciis immortalis memoriæ Svecorum regis JOHANNIS III, anno, secundi ab hinc seculi, septuagesimo exstructa est. Antequam

(*) Berg vocem, quam veteres Berg efferebant, munimentum significare, & a berg Scytho-Celtica voce descendere, in antiquitatibus Zomsburgensibus suis egregie probat A. F. SCHVARTZIIUS, in academia Gripwaldensi eloqu. Professor hodie celeberr. Inde vero à berg monte derivari ait idem illud munitionis genus, quod antiquissimi mortalium, incumbente sive aquarum, sive hostium mole, montium summitates difficulter accessibiles occupaverint, illamque situs opportunitatem, cum instrumenta non alia aliqua, neque virorum robora idonea suppeterent, in sua vita & honorum defensionem converterint. & quamvis sequentibus temporibus, etiam campestribus locis ejusmodi munimenta excitaverint, pristinum nomen retinuisse tamen & ad nostram usque memoriam in eadem significatione propagasse. Legi meretur egregia commentatio & cum illa conferri forte dissert. de Varegorum originibus pag. 44. Sc. itemque descriptio Kopíngiæ vernacula, ubi Rupellarum id est: Castellorum veterum per Svediam, præcipue insularem usque hodie conspicuorum, exempla & testimonia adducuntur plurima.

quam Moschovitæ A:o MDCCXIV numerosis suis agminibus hanc oram inundarent, eandem q; igne ferroque vastarent, viro sat valido gaudebat, tormentisque bellicis ad submovendum hostem idoneis, qua orientem & meridiem instructa erat. (a) Caussam arcis & munimenti heic loci exstruendi, dicti modo hostes dederunt frequentibus IncurSIONIBUS, paræcias *Kismi, Ijã, Luã, & Limmingã* nunquam non vexantes. Factum enim invenimus A:o Salutis MDLXXXII. vt templum Jjoense, in cranium ecclesie illius Pastoris Dn. MATTHIÆ templi clave valide impactâ necatoque, flammis subjecerint & penitus consumserint. Imo eodem anno quoque, circa finem, puta Natalitiorum SERVATORIS tertia feria, domus, quæ in *Limmingã* divino cultui dicata conspicitur (quippe templum ecclesiamque Vloenses aliam non illo tempore frequentabant) eodem fato, quo Jjoensium, deleta fuit. Cujus cum ad aures divi regis JOHANNIS, nuncii penetrarent non unius cladis civium suorum, provisurus securitati eorum in posterum quocunqve modo, iussit non Castellum modo exstrui, sed etiam satrapas (*Ståthållare*) in umbilico quasi Botniæ utriusque, puta Vloæ residere. Dictum factum. neque ante annum MDCLXXXI. ab illa arcis VLOBORGENSIS sede Satrapæ recedebant. Formam

(a) Circa annum 1590 Petrum Bagge nobilem virum cum exercitu Syecorum, numero 7500, vna cum machinis bellicis ad *Vleåhamn* (portum Vloæ) appulisse, aggeres construxisse, locum elim arcis circumfodisse, multa ibi sepulcorum ossa effodisse, pulverisq; tormentarii tonnas XXXVII attulisse, ex manuscripto vetere quondam ecclesie Saleænsis Cl. Dn. Matthesii *Q-botniæ suæ p. 46, memoriæ prodidit.*

mam ipsam munitionis, quod adinet, ejusque schiagra-
 phiam: Latus occidentale atque septentrionale castris,
 præstitis sudibus eximie altitudinis atque crassitiei in
 humum valide defixis & arte jugatis, quos cum Gallis
 Dallsader dicimus, munitum erat: imo vineis pluteisque,
 lorice instar, septum atque circumdatum. Ambitus inte-
 rior terreno aggere in altum modice surgente seclu-
 sum hostem tenuit. A septentrione fossa, directis in pro-
 fundum lateribus, ducta conspicitur: eademque saxorum
 mole valide præstructa, ne soluta quocumque modo soli
 mollioris crepido, illapsu suo alveum oppleat & in arcem
 ipsam, facilem inimicis transitum præstet.
 Tranquillis rebus maxima siccitas foveæ illius. Sed cui il-
 lud decus & ab arte bonitas est adjecta, ut præterlaben-
 tis fluminis undas, ad nutum moventis admittere & pro-
 fundo ventre, quantum sat est, recipere queat. Quatuor
 altitudinis eximie turribus e ligno fabricatis arcem orna-
 tam diximus, quibus suæ neque catapultæ deerant ad eja-
 culandum missilia quæcumque idonea. Eo vero provisu &
 industria ad urbis defensionem omnia conformata erant,
 ut per medias urbis plateas, glandes ferreas, sine tectorum
 & eadem incolentium periculo, qui arci & urbi defenden-
 dæ vacarent, quæquæverum transmittere potuerint. Edi-
 cibus amplissimis area arcis interior (Borg-gården) pau-
 lo ante exornabatur. quarum quinque e saxis eximie mo-
 lis, itemque coctili laterculo exstructæ fuerunt. Testudines
 fornicesque subterranei etiamnum supersunt, validissimi
 usus præfidiariorum, præsertim vero pulveris pyrii securi-
 tati, ceterorumque instrumentorum bellicorum custodia &
 adseruationi destinati. Ceteræ domus ex trabibus constru-

etæ undecim admodum conclavibus distinguebantur, ubi olim Satrapæ, cum heic loci muneris obeundi causa diversis temporibus commorarentur, suas habuere mansiones. Inter illas ædícula, super latericiam exstructa notatu dignissima videtur, quæ post desolationem etiamnum superstes est, vetusque Cancellaria, gamla *Cancelliet* adpellatur; in qua gl. m. GUSTAVUM ADOLPHUM regem, cum in oris sub arcto hisce aliquamdiu commoraretur, hospitium habuisse, constat. (b) Quæ supersunt ædificia humiliora, utpote custodis ædes: fornicata eorum receptacula, qui obnoxiam carnificis arbitrio animam ducunt: item frumentarias & penuarias cellas, ceteraque libens heic, prolixitatis evitandæ ergo, taceo. Verbo dicendum de exigua domo illa saltem, quæ ad partem plani inferioris meridionalem, muro coctili fabricata prostat, quam *Dofforem* JOHANNEM MESSENIUM *Patrem* historiæ Svecanæ & ob clancularias cum SIGISMUNDO Polonico machinationes, (c) in hoc nostro castro aliquan-

(b) A: o 1614. den 1 Martii ankom Konung Gustaf Adolph till Vloborg, och afreste den 10 Martii.

A: o 1622. den 22 Januarii var Konung Gustaf Adolph åter i Vloborg; ut vir antiquitatum Patriæ callentissimus, adm. Rev. atq; Præcl. Dn. Mag. ERICVS FROSTERVS Præpositus & Pastor Kiemienfium hodie accuratissimus, in Mss. observationibus ad Antiqu. Ostro-Botnicas dat. Vloborg d. 14. Sep. Anno MDCCV. memoria prodidit.

(c) Confr. Joh. Widekindi historia GUSTAVI ADOLPHI Libr. VI. p. 351. ubi hæc de MESSENIO nostro referuntur: Den wäl meriterade af wåre historier och antiquiteter Joh. Messenius blef och i denna månad, forte Februarii, bortförd.

quanto tempore detentum, propriis sumtibus extruxisse, ibique vivere desiisse, fama non incerta perhibet. Ad hodiernam castelli faciem, quod adinet: post efflorescentem pacis olivam intra patriæ fines, de novo acutissimis circumquaque palis, valli instar, circumseptum est; imò ad latus meridionale veteris muri reliquiæ, ab hostibus funditus non penitus excisæ (d) etiãmnũ apparent. Porta arcis, ab oriente rudi saxo constructa est: superne arcuatis fornicibus vincta. Sed quæ, postquam injuriã tempestatum, rimas pati cœpit, ruinam minatur. brevi collapsurã, nisi quantocius resarciatur. Ab illa non procul carcer ille est remotus, in quo hominem quendam magum, nomine *Mondonen*, beneficii & aliorum maximorum scelerum reũ vinctumque, cum malo genio graviter conflictasse, tandemque ab illo, cum pacto stare nollet, horrendum in modum discerptum: certe loco inde nomen impositum fuisse, multi sunt, qui sibi persvadere velint. In ortum magis magisque penetrantibus cujusdam, hypogæi seu subterraneæ porticus vestigia

til *Cajana* uti sãngelse, för miståndar skull, och öfver Jeswærad til *Eric Hare*, hvilken honom mycket plågade. Adde sis *Bazii inventarium hist. eccl. Svecan* p. 564.

(a) Dolendum hostem plus satis augustum huncie, quam, quæ in Asturiã, Romanorum *AUGUSTUS* (a quo tamen stirpis originem arcessere non dubitat vid. de *Varegorum originibus dissert. Ab. p. 82,*) longè alia victorie monumenta, in nostræ gentis expugnata arce reliquisse. De illo enim Imperatore constat, quod *Lanciam validissimam urbem, cum faces poscerentur, stantem potius quam incensam Romanæ victoriæ monumentum fore edixerit. Flor. IV. 12. 57.*

gia sese nonnulla offerunt: ejusdemque abditæ & vsque adeo angusto loco conclusæ pridem, ne proderetur secretum, vt in illa nec stare quisquam neque sedere poterit, nisi simul reperet aut inclinato corpore recumberet. Hodie, quantum constat, abolita penitus. Tempore belli vero, fugientibus, perque eandem in ipsam urbem se subducere cupientibus mirum in modum profuit. Ab illo tempore, quo arx habitabilis esse cepit, ordinarie præsidem & præfectum habuit provincie gubernatorem. Vna cum illo domicilia sua ibi habebant ceteri officiales quoque: utpote rationum tabulis adcurandis nec non juri dicundo exequendoque subpræfecti (Lands-Camereraren och Lands-Secreteraren) vt cetera minorum gentium ministeria præteream. Hodie postquam non una vice infelici fato incendiõrum, præcipue vero anno MDCLXX. ædes & tabulata consumpta fuere plurima: sedis honore pristinae orbatus & denique hostibus incessus locus, adeo non hostibus arcendis vsui alicui amplius esse potest, vt maleficis carcere cohibendis asservandisque hospitium securum ægre præstet. Præter illa ergastuli purgamenta non nisi custodem pœnalem, & quos ille conservos habet, suas intra ruinas recipit. Cetera, dirutis tectis, *ima* tenens tristeque gemens Palladis avis habet. Marcessit enim fragilis & ruinosâ materia crebris imbrium illapsibus magis magisque, ita vt, quæ supersunt, convulsa & male cohærentia, *Superum* quisquã amplius inhabitare nequeat. Et licet illaborarint perillustres regionis nostræ præsides atque præfecti, pro altiore, quæ in gentem propendit, cura nisi quæ, in refectiõnem munimenti decentem, e squalore suo tamen decus &

tamen hocce vrbis nostræ nondum resurgere potuisse, qui *genium* loci ab ipso limine modo salutaverint universi norunt.

§. VII.

Aρχόντα, hoc est, Præfectorum provincialiū generis nobilitate & heroica virtute illustrium, inque hac arce partim residentium, quotquot ex cœvis monumentis, literisque eorum autographis, eruere potuimus, nomina & fata hæc sunt:

I. Dn. *ERICUS PUKE*, eqves auratus erat, regni senator, Korsholmiæque Dominus & Gubernator, circa annum 1440. floruit. De quo Vasensi præside Messenius in epicedio funeri Brenneri, loci illius Pastoris consecrato, in hunc modum loquitur:

*Metropoli pagus quondam fuit iste superbus
Armipotens Puchii, quem moderata manus.*

II. Dn. *MATTHIAS MARTINI* [Mattis Mårtensson] A: 1540.

III. Dn. *JOANNES* [Hans] Swånstæ A: 1564. (a)

IV. Dn. *PETRUS BAGGE*, Arcis Vloborgensis, vt plerisque placet exstructor, A: 1570 (b)

V. Dn. *JOANNES MÖNICH*. cujus tempore bellum, Åsub-
befriget sic dictum, ductore Claudio Flemming, in par-
rœcia Ilmola, circa annum 1597 exarsit.

VI.

(a) Ante laudatus Prap. Ericus Frosterus, in Mscr. Observationibus ad Antiqu. O - Botn. hos tres supra nominatos iisdem annis Satrapas fuisse, ait: quorum nomina tamen alii plane prætereunt.

(b) Conf. Cl. Mag. Israelis Stecksenii dissert. de Westro-Botnia p. 44. ubi dicit *PETRUM BAGGE* tempore regis *IOHANNIS III*, virique Botnia præfuisse.

- VI. Dn. *ISAACUS BEHM*, A:o 1600 cujus auspicio, Joannis Ottofonii metatoris opera, generalis per Ostro-Botniam agrorum dimensio (almån resning) instituta fuit.
- VII. Dn. *ERICUS HARE*, A:o 1610. Tavastburgensis postea Castellanus. Messen. Scand. illustr. X. vit.
- VIII. Dn. *CHRISTOPHORUS* von *WERNSTEDT* de *Vtal & Harbroholm*, qui gubernator constituitur uniuersæ *Norlandiæ, Botniæ* occidentalis & orientalis, *Gestriciæ* nimirum, urbis & castri *Gevaliensis*, *Helsingiæ*, *Medelpadiæ*, *Angermanniæ*, urbiumque emporeticarum *Hudovikswaldie & Hernosandie*, item castrorum *Vloæ & Cajanaburgi*, urbisque *Wasensis*. prout muneris honorifici prolixior habetur recensio in litteris regiis ad eundem Stokholmiae datis die XIV Aprilis 1620. (c) A:o vero 1622. arcis *Vloborgensis* praefecturam administravit.
- IX. Dn. *IOHANNES MAGNI* (*Månson*) *VLESPARRE* de *Tisenhult* (d) A:o 1624.

D 2

X.

(c) Conf. *Mon. Vllerak*, p. 116. 117. 118. ubi ejus monumentum sepulchrale in Templo Cathed. *Vpsal.* delineatum, exstat.

(d) Annis 1625. seq. & 1631. *Norlandiarum* praefecturam gessit. Illum *Erico Hare* (*Messen. Scand. X. pag. 41.*) antecessore suo *Musis & bonis litteris non multo fauentiorem fuisse*, epistola de *MESSENIO* ejusque conjugis *GROTHUSENIA* ad *GUSTAVUM ADOLPHUM* regem, anna superioris seculi, ab *HIMLABORG, VRANIENBURGO* (forte *VLEOBORG*) perscripta satis indicat, cujus cum versionem Germanicam in bibliotheca *Sueo-Gothicae* sua *Tom. III. pag. 235. seqq.* publici juris facere voluit *Vir Celeberr. Dn. CHRIST. NETTELBLAD* in gratiam & usum eorum, quorum interest, praecipue vero civium & popularium meorum hinc loci inserere non pigebit;

Alleranädiafter König und Herr.

Ew. Königl. Majestät gebe unterthänigst zu erkennen, daß, da ich im verwichenen Sommer an die Russische gränze verreisen wolte, um zu erfahren, wie es mit der gränze und deren beschaffenheit bey denen flüssen zustände, ich daselbst alles auf beyden seiten in gutem stande befunden, dergestalt daß kein theil auf den andern etwas zu sagen hatte. Als ich aber unterwegs nach Cajaneborg kam, erfuhr ich, daß zwischen dem Capitaine Erich Pederson und Johannem Messenium ein streit entstanden war. Weßhalben ich den so gleich dem Capitaine und Messenium mit seiner Frau in eine Cammer vor mich kommen ließ, um sie in die er sache zu hören. Da ich denn nichts anders bemerken kunte, als daß Messenius keine befugniß hatte, sich über den Capitaine zu beschweren. Dannenhero ich denn, so bald daß verhör vorbey war, für die thüre wachte setzen ließ, da sie annoch alle bei mir in die Cammer waren, und zugleich mit dem Capitain alle seine handlungen und behältniße auf Ew. Königl. Majest. gnädigen befahl, in drey tagen durch suchte, worinnen ich, meiner pflicht und schuldigkeit zu folge, mein bestes gethan, aber nichts, was in seiner sache von einiger erheblichkeit sein könnte, gefunden, als waß Ew. Königl. Majest. ich in unterthänigkeit, hiebey übersende. Weggehendes Papistisches Gebet-Buch wolte seine Frau ungeru mißen, vorgebend, daß es ihrem Vater vor dem gewesen wäre. Ich solte auch fast vermeynen, daß er alhier keine dergleiche sachen hätte: nachdemmahlen er von der zeit an, da er nach Cajaneborg gekommen, mit allen Officirern auf gedachten Schloß ein unruhig leben geführet, insonderheit aber seine *mala herba*. Unter diesen habe in seinen behältnißen eine solche Bibliothec von alten urkunden gefunden, die bey einem solchen menschen nicht sein solte; sondern es wäre weit nütlicher, daß selbige in Ew. Königl. Majest. Cangeley verwahret läge, und Ew. Königl. Majest. und das Reich sodann größern nutzen haben könnte. An Ew. Königl. Majest. versende auch ich unterthänigst einen mir von Messenio zugeschriebenen Brieff, woraus Ew. Königl. Majest. befinden werden, wie er seine sache beschöniget. dat. Himleborg d. 8. Octob. 1624.

JOHAN MÜNSSON VLFSPARRE.

Literas, quas ad satrapam hunc eundem protioxiores scripsit Messenius de Scandia illustrata opere affecto suo, una cum ceteris

- X. Dn. ERNESTUS CREUTZ, A:o 1632 (e)
- XI. Dn. MELCHIOR von WERNSTEDT, de Vtal & Harbroholm. A:1635.
- XII. Dn. JOHANNES KÜLS, de Frötuna; Drottingar Harge & Berga, A:o 1646. (f)
- XIII. Dn. ERICUS ACHATII (Åfesson) SOOP de Hammar & Kolltorp. A:o 1650.
- XIV. Dn. THURE RIBBING, de Gresenholm etc. A:o 1656.
- XV. Dn. JOHANNES GRAAN, A:o 1661. qui antea Juris Doctor & Professor fuerat. Ejus tempore Botnia Occidentalis, quæ hactenus a plurimis prædictorum Sattraparum vna cum Botnia - Orientali gubernabatur, sejuncta est.
- XVI. Dn. DIEDRICUS WRANGEL, Comes, A:o 1676. primum in arce nostra residens, egregie spartam suam administravit, deinde vero S:æ R:æ M:tis Senator ac Collegii

teris Messenianis, quæ eodem loci habentur, consulto prætereo: Lectori non incurioso actorum horum ad librum videndum cœmendumq; salivam movisse contentus.

- (e) De hoc Governatore ita loquitur Cl. Mag. Isr. Stecksenius in cit. diff. de West-Botnia p. 45. Deprehendimus utramque Botniam Orientalem & Occidentalem eidem præfecto subjectam fuisse; postea vero, per tempus aliquod, gubernatoris sedem Vlaburgum fuisse: Norlandiarum autem Occidentalium & Lapmarkiæ gubernatori Hudvicsvaldaia constituta est sedes, vti patet ex statutis GUST. ADOLPHI, quæ sub titulo: Formæ regiminis A:o 1634. d. 24 Julii sancita sunt. Consentit Nob. BENZELSTIERNA.
- (f) Socerum Topareba hic, cujus cum nomine generis posteritas pridem extincta, habuit Senatorem regni Cancellariumque JOHANNEM SKYTTE, teste in Vpsalia Scheffero p. 216. etc.

legii metallici præses constitutus. Heros propter innumera in patriam nostram merita, nunquam satis laudandus, sub quo sedes gubernatorum VASAM iterum transferebatur.

XVII. Dn. *GUSTAVIUS GRASS*, A:o 1685.

XVIII. Dn. *JOHANNES EHRENSKIOELD*, Liber Baro, circa annum 1694.

XIX. Dn. *LAURENTIUS (Lorentz) KLERCK*, Liber Baro & Generalis locum tenens ab A:o 1707. ad hostilem invasionem, cujus nomen & tituli valvis sive portæ Korsholmiæ sublimiori videntur adscripti.

XX. Dn. *REINHOLDUS WILHELMUS von ESSEN*, Liber Baro & Generalis Major, qui A:o 1720 huic muneri admovebatur & provinciam hancce omnium cum laude administravit, usque quo A:o 1732. die 3. Maji VLOÆ, in negotiis publicis detentus, pie expiravit. Funus ejus sub Messenii sepulcrali tumulo in templo Vloënsi, ejusdem mensis 7. die, cum pompa beatis manibus ejus digna, terræ mandatum est.

XXI. Dn. *BRODERUS RÅLAMB*, Liber Baro, A:o 1733, civilis & literatæ reipublicæ delictum, intra biennium, omnium quorum interest, summo cum desiderio ævum fatale suum explevit, vitamque posuit.

XXII. Illustrius Comes Dn. *CAROLUS FRÖLICH*, e Vestro-Gothia, cujus, summo cum imperio, equestri militiæ diu & gloriose præfuit, factus Gubernator Ostro-Botniæ atque Cajaniæ, munere demandato eodem summa cum justitia, neque minore gloria; certe provincialium emolumento maximo, hodie defungitur, & ut incolumi patria, sospes & salvus ipse diu præste, ardentè & ex toto pectore votemus !

Si

Si forte, serie alicubi interrupta, calamus cespitaverit, benignam LECTORIS humanissimi mitemque censuram, enixe rogamus.

§. VIII.

POscit jam ordinis ratio, ut de vrbis VLOÆ ædibus publicis atqve privatis nonnulla adjiciamus. quarum primum locum sibi vindicat Templum, cujus, ceteras super ædificiorum strues, tanta semet amplitudine fastigioque moles erigit, ut procul intuentibus etiam religionem incutiat. Est enim longitudo illius, intra parietes 72 vlnarum: latitudo autem ad cubitos viginti cum dimidio, mensuræ Svethicæ se extendit. *Fundatorem* religionis eundem, quem civilis societatis suæ, vrbs nostra agnoscit. Ejus autem, puta templi initia ad annum MDCXIII. omnino referenda sunt. quo tempore sacellum parochiale illud, quod hactenus inservierat, desertum & desolatum fuit. Procedente tempore, cum populosior magis magisque evaderet uterque cœtus, cum paganus tum oppidanus, & primi pomœria templi succrescentem auctibus aliis super aliis, turbam hominum nullo modo capere possent, factum fuit demum, ut A:o MDCLXXXII. ortum versus, quarta sui parte adaugeretur, accessioneque satis magna ista in eam dignitatem amplitudinemque deveniret, ut per omnem plagam, quæ patet Ostro-Botnia, utrum ex silvestri materia validum magis operosumque fanum se alicubi conspiciendum offerat, admodum addubitem. Religionis & operis splendorem situs & amœnitas loci non parum commendat. In continenti enim & medio fere vrbis loco, eodemque amœno, non vliginoso aut retorrido, sed temperato humoribus colli-

colliculo arenoso constitutum visitur. Olim excelsa turris e longinquo advenas salutabat. cum vero senio confecta illa ruinam minari videretur, tempore opportuno eam, non multo ante (*) ecclesiæ adcurandæ præfecti vtriusque ordinis destruxere, ne jacentibus in propinquo ædificiis publicis privatisque, improvise casu suo damna, quæ pensari agre possent, acceleraret. Erat turris vna cum tabulato, cui insistebat 75 vlnas alta, cujus ætas se quoque ultra seculum porrigebat. Exterius sancta domus, vnicam, quæ occasum respicit: tres autem meridiem versus porticus seu introitus habet. ab omni parte vero, tabulis & scandulis resina duratis, tectoque concinne fabrefacto, adversus vim tempestatum munita est. . cujus venustatem internam non parum promovet fenestrarum hinc inde frequens ordo, quæ cum liquida & larga luce sua sacra penetralia quæque compleant, quantum præstet clarior nostri ævi Lux sacrorum, nimbis & tenebris Pontificiorum, quæ fornicibus templorum etiamnum multis adhærent, non impie quis conjicere potest. Intrinsecus variis picturis & tabellis parietes ornantur; non aliis, quam quæ sanctorum vtriusque fœderis imagines, & quæ ad æmulationem proposita sunt, facta eorum heroica repræsentant. Sex admodum columnæ sunt, quibus omnis sustentatur & consolidatur operis moles. Tectum ipsum tergemina arcuati operis concamerationem habet, trabibus & tabulis compaginatum validissimis, ut non pondere convelli, aut ætatis vitio aliquo dehiscere facile possit. Pars religiosissima templi, quæ ab ecclesiasticorum CHORO

nomen

(*) anno MDCCXXXII. die 30. Augusti.

nomēn traxit, ligneis cancellis singulari arte tornatis, nec non aureis argenteisque picturis internitentibus a templo sejungitur. Ab ipso vero chori introitu sigillum & insigne civitatis nostræ ex ligno affabre cælato, sculptum conspicitur. Intra septa illius sese primum conspicendum præbet Altare, fenestrarum patente fastigio illustre. E forniciis sublimi, pensilis idemque eximie magnitudinis lychnuchus se dimittit, quinque brachiorum: in quibus vis ingens cereorum quotannis, præsertim epiphaniæ & circumcisionis Dominicæ festo accenduntur. Candelabra super altare quatuor eminent cælati operis eximii. Pars anterior mensæ sacræ, integumento holoserico, cui imago CRUCIFIXI, duarum librarum argenti puri inserta est, adopena comparet, de quâ infra (b). Salutiferæ passionis simulachrum illud, civis & senatoris JENDERIANI beatæ memoriæ olim consecratum ejusque sarcophago, ceu fidei & resurrectionis tessera adfixum pridem, cum adpropinquaret hostis anno seculi hujus MDCCXV, carbonis candentis instar, incendio extractum fuit, diaconi, qui locum in ecclesia eundem hodiernum tenet Dn. *Rajalenii* opera & providentiâ. Is in Botniæ transmarina se proripiens, ne direptioni hostium prostaret, anathema hocce vna secum subduxit. cujus rei oculati testes hodie multi supersunt; testes tabulæ illæ quoque, quibus cum redivis & expensis, vasa ecclesiæ ejusque acta perscripta inveniuntur. Baptisterium

E

sterium

(b) CIVIS ET SENATOR VLOENSIS CLAUDIVS JENDERIAN, natus A:o 1650. die 18. Martii, denatus A:o 1704. die 18. Februarii, sepultus eodem anno die 3. Aprilis. Hæc verba iconi adscripta,

sterium affabre sculptum variisque coloribus & iconibus distinctum ad chori, aut si cum veteri ecclesia loqui mavis, ADYTI fores locatum est. (c) Pavimentum chori monumentis sepulcrorum varie exsectum & quasi tessellatum adparet. In cuius meditullio tumba marmorea viri, qui de tumbis heroum Sveo-Gothicorum scripsit, heroibus ipse adnumerandus, JOHANNIS MESSENI *Gothi* conspicitur: titulo, opere, itemque ferreis annulis quatuor, qui lapidis quadrati extremitatibus inserti & valide insculpti sunt, a ceteris distincta (d). In illa vicinia exedræ presbyterorum positæ inveniuntur, suis, ad veteris ecclesiæ morem, distinctis sedilibus, ordinibusque distinctæ. In eadem classe episcopi cathedra primario loco eminent. eandemque excipiunt presbyterii, scholasticorum

(c) Limbum ornant hæc inscripta verba: A:o 1632. den 17. Maji första gången målat. A:o 1710. den 17. Maji andre gången utstofferat.

(d) Sepulcri claustro hæc verba incisa sunt: HAN HWA
 LA DOCTOR JOHANNIS MESSENI BORN. SVARSEN
 3 GUDZ NARE, NVEHRE KRISTO HELA
 WERDEN. 1636 Circum peripheriam autem: Ps. 37. v.
 5. 6, 7. BEFALLE HERMANNEN I EN WÄG,
 OCH HOPPAS PÅ PÅ HONNOM, HAN SKAL
 MÅL GUDAS &c. Ante obitum suam vir illustris, quem
 intra velum clarissimas artes Musa docuerant, templo Vloënsi
 eret a se exaratos rerum Suetbicarum commentarios dedica-
 vit: speculam puta, chorographiam atque theatrum no-
 bilitatis, qui vivo eodem lucem adspexerant. Scandix e-
 nim historiarum tomi non nisi septuaginta post obitum illius,
 annos ex carcere suo tenebrisque proserpere potuerunt.

rum & diaconorum ceteræ cellulæ, foribus & pæssulis egregiè munitæ. Suggestus, etsi ligneus & ad antiquitatis æmulationem confectus est, satis tamen concinnam structuram, prædit: quippe iconibus multis, præcipuè vero XII. Apostolorum, immo solis cœlique, aurea superinducto fulgore, coruscat. E fastigio Vloënsis communitalis insigne, ectypâ sculpturâ novâ comparet. (e) Clepsydra super basin ex orichalco solido, metæ instar efformatam circumagitur; cui insuper adhæret candelabrum versatile, conspicuæ formæ & trium brachiorum. vt ceteros lychnuchos taceam, quibus tempore hiemali, candelæ & cerei, ad splendorem loci religionisque accendi solent. Sacrarium, ad meditationes sacras concionaturis peraccommodum, suo cum penetrali (f), ab oratorio pulpito non procul remotum est. Vasa & vestimenta, ceteraque sacris destinata vsibus *κειμήλια*, una cum ecclesiæ arario eodem loci conduntur. Inter illa argentei operis eximius cantharus, sacris ritibus mysticisque sacer, præstat: orificio sensim dehiscente patescens & auro purissimo vndequaue obductus (g). Hujus ab

Ez

introi-

(e) A:o MDCCXXXV suggestus hic, renovatâ vetere picturâ, de novo politus una cum imaginibus & sculpturis suis. Iconi autem solis auricorni, mercator honoratissimus Georgius Durckström aureum colorem, aureas impensas, adjicere hanc gravatus est.

(f) Ne quæ hibernis mensibus atq̃ifica vis frigoris vini in sacris vsu intervertat, & concionaturis ipsis in officio fraudi sit, anno superiore extructa domus ista & camina ardente manita.

(g) Cantharus hic pondere $68\frac{5}{8}$ unciarum ($137\frac{1}{2}$ lod) A:o

introitu sacri penetralis, imago comparet artificiosè picta MESSENI, prisco more, anathematis in modum, suspensa & posterorum æmulationi consecrata. Certe si quo alibi sacrilegio, monumenta pietatis vetera dejiciuntur (b), summi viri memoriam hancce VLOENSES mei penes se extirpari passi fuissent, simulachri illius exemplum in cæmeliis ANTIQVIT. ARCHIVI Holmiæ non vllum reperiretur; neque Scandiae illustratæ Phidium opus ære descripta ora illius a capite ostentare potuisset (i). De cetero ornatum templo non minimum conciliant VIII. eximii ponderis atque molis lychnophori ceteri (Liusæronor) ex metallo ahenò fusi, quorum maximus & speciosissimus 16. continet brachia, gradibus distincta suis & gestandis luminaribus perquam idonea. vt cetera mixti æris candelabrorum brachia præteream, quæ parietibus hinc illinc adfixa sunt, eorum vsui, quorum a media templi regione, qua lychnuchi majores pendent, remotiore loco, subsellia distant.

Loco,

MDCCXXIX. ab aurifabro Vloënsi Johanne Collin, artis suæ specimen exhibituro, confectus est.

(b) Merentur legi, quæ de monumentis veterum temeratis, præcipue vero picturis eorum in fornicibus templorum olim conspicuis, & non levi cum injuria historiæ postmodum deletis Schefferus in Upsalia pag. 213. itemque de defectu histor. Svec. nuperrima dissertatio passim movent.

(i) Inscriptio talis est ante faciem, majusculis picta litteris; ÆTATIS SVÆ 30 - Anno 1611. In inferiori parte tabula liber apertus & quidem albus est, in quo hæc legantur verba: MV-SÆ POST FVNERA FLORENT. MORS SINE MVVIS VITA, ad quæ digitum indicem ipse suum insendit.

Loco, vbi ad occasum fores apertuntur, superne eminet symphonix pithaulicæ organon, quatordecim tuborum ordinibus, seu vocibus constans, quod quoties sonoro suo numerosoq; modulorum concentu, gregis in vnum collecti pietatem inflamat ad psallendum DEO sacris hymnis, toties artificis sui quoque dexteritatem celebrat & commendat. Civium præstantissimorum nonnulli, sumtuum liberali facta collatione, pietatis suæ symbolum esse voluerunt, qui cum optimè de se merito NUMINI grates, vna voce se non exsolvere posse viderent, effuso in guttura plura spiritu, multiplici modulatione, multiplicem caritatem suam exprimere voluerunt. Contabulationes editiores præcipuè duæ, Sæthice Låchtare, superiorem templi regionem distinguunt & in frequentioribus sacrorum comitiis, ad audiendam præconis vocem, stationes & distincta sedilia civibus sua cuique præbent. Introeuntibus ad lævam, choro haut procul, pilæ inscripta deprehendimus sequentia: A:o 1610 år Vhlo stad privilegierad. A:o 1613. år kyrkian funderad. A:o 1639. år hon första gången målat. A:o 1682. år hon en fierdendel tilbygd. A:o 1685. år hon på nytt med fergor utstofferat af Abraham Barckman. Quod ad nomen adtinet, quo, cum nasceretur templum, forte insignitum fuit, nec scriptum superest, nec fide dignum testimonium aliud, vnde cognitio non satis perspectæ rei illius haurienda est. Si quid vulgi fabulis certitudinis aut solidi inest, S. OLAVI Norvegiæ regis, gentium, quæ septemtrionibus subjacent, Patroni olim religiosissimi nomen gerere dicendum esset. Verum cum post factam repurgationem religionis ab istis Pontificiorum

orum sordibus, annis plus centum facta fuerit ædis sacræ hujus fundatio, superstitionis pristinae aliquam tum temporis rationem habitam fuisse, ægre mihi persuadere possum. Antequam de profligando Papismo consilia iniri cœperunt aliqua, onerosæ pietatis tributum annum, quod S. OLAVI Niderânsi ecclesiæ diu satis contulissent, Svethi proscripserunt. De iisdem liberatis jugo sacrorum isto, quod occasionem dare voluerint servitutis pristinae, sub quocunque nomine reducendæ, a prudentia recentioris ævi atque religionis procul abhorrere existimaverim. Interim ea, quæ jam ante §. 2. monuimus de Ouloënsi regione ab OLAVO sancto jam olim cognominata, hac traditione novâ, si quid solidi insit eidem, non obscure confirmari, quisque videt. Cœmeterium capacissimum est idemque amplissimum: trabibus & tabulatis, aggeris instar, circumdatum. Intra aream loci, memoriam defunctorum lignea monumenta loquuntur; in modum sacelli illius exstructa, quod ab altera parte sinus Botnici, *Stephano* sancto suo *Norralesens* olim posuerunt: cujusque apud *Örnhielmium* imaginem depictam oculis vsurpare integrum est (k). Tria sunt admodum, quibus conveniri potest, limina cœmeterii. Quæ occasum spectant fores, turri conspicuâ, campanisterii vices gerente superbiunt. Ceteræ meridiem modo, modo euro-notum Svethice *Sud, Ost*, spectant. Campanile, per quod in cœmeterium, vti dictum modo fuit, introitus patet, etiam ex ligno, loco cum vetere & priore non eodem penitus (l) A:o MDCCXXVIII. affabre ex-

(k) *Lib. III. 15. 20.*

(l) *Intervallo passuum triginta circiter, sedis fundamenta prioris distant ab illo, quod hodie est, campanili.*

exstructum est. in cujus inferiori parte obscuriores quatuor domunculæ sunt, ignobilioribus adservandis vasis aliisque ecclesiæ rebus perquam opportuna repositoria. In superiori vero contignatione tinnula æra duo sunt admodum, mellitissimi soni clangore suo ad acceleranda sacrorum solemnia, civium pariter atque paganorum eommunionem evocantia (m).

§. IX.

(m) Majoris ad limbum peripheria 6 ulnarum est. quinque pondo navalia, 18. minor: & 13. libras continet. In circulo superiori hac inscriptio legitur, Ps, 96: v. 9. Tilbedier Hæran i heligo prydnig: hela werlden fruchte honom. b. e. incurvate vos JEHOVÆ in decore sanctitatis: formidate a conspectu ejus tota terra. Ab altera parte effigies augustissimi regis nostri avi incisa conspicitur, cum hac inscriptione gemina: FREDERICUS I. D. G. R. S. TOPARCHA OSTROBOT. Lib. Bar. REINHOLD. WILHELM. von ESSEN. E regione VDALRICÆ AUGUSTÆ una cum nomine, effigies veneranda comparet: cui titulo perinde inferiori loco adjecta est mentio episcopi Aboënsis illo tempore sedentis, beati D. LAURENTII TAMMELIN. A limbo propiore loco hoc elogium insertum legitur: IN LAUDES GRATIÆ DIVINÆ ET SACROS VSUS ECCLESIE VHLOENSIS, CURA PRÆP. ET PAST. MAG. ZACHARIÆ LITHOVII: ET CONSULIS DOMINI JOSEPHI KLOWENSICH, Ministror. Ecclesiæ, Dni. Johan: Cajani, Dni. Georg. Rajaleen. Sumtibus Cath. Jenderjans. Henr. Arfvolander. Laur. Forbus. Simon Nylander. Jac. Salander. Saræ Vlbom. H. A. Niska. Et C. M. Gerbard Meijer me confecit, Holmiæ A:o MDCCXXIX. Infra deniq; in circo leguntur: Ps. 132: v. 7. Wi wilsse gå in uti hans boningar, och tilbedia in för hans fetapall.

§. IX.

Fit hæc, *templi*, aut si veterum Christianorum minus inuisionomine uti velis: *Oratorii sacri* descriptio: in quo invocatur Nomen DIVINUM, preces & piæ voces, utinam diu! dicuntur & audiuntur. Antequam ab illa vero sancta communione urbis ad secularia transitum fecerimus, presbyterii & quidem præcipuo loco Pastorum, qui in præsens usque, curâ Sionis & gregis dominici hujus

h. e. accedimus ad tabernacula ejus: incurramus nos ante scabellum pedum illius.

Minor autem campana, cujus circumferentia $4\frac{3}{2}$ vinarum habetur, duabusque libris nauticis (Stieppund) constat, hanc gerit inscriptionem. Ps. 50. v. 5. Förjämter mig mina heliga, som förbundet mer achta än offer. h. e. congregare mihi, quos benignitate prosequutus sum, qui ierunt fœdus mecum per sacrificium. Ab uno latere sola insculpta est serenissimi regis effigies, scilicet: FREDERICUS I. D. G. R. S. & infra hæc verba conspiciuntur: IN MONUMENTUM RESTITUTÆ PACIS. vterius: IN LAIDES GRATIÆ DIVINÆ ET SACROS VSUS ECCLESIÆ VHLOENSIS, IPSIUSQUE SUMTIBUS, CURA PRÆP. ET PAST. MAG. ZACHARIÆ LITHOVII ATQUE CONS. ESALÆ GROOP, Holmie A:o MDCCXXII. d 12. Sept. Catharina Mejier me confecit. In margine. Ps. 84. v. 1. 2. Huru lustige åro tina boningar, HERRE ZEBUDH! min siäl långtar och trångtar efter HERRENS gårdar: min kropp och siäl frögda sig uti lefwandes Gudi: h. e. Quam amabilia sunt tabernacula tua, O Jehova exercituum! Desiderio afficitur, etiamque deficit anima mea ad atria Jehova: cor meum, & caro mea exclamant ad Deum fortem viventem.

jus, egregiè defuncti sunt, numerum inire, a præsentis instituto minime alienum erit. A tempore vero fundatæ ecclesiæ sequentes claro nomine pastores inveniuntur.

1. Dn. *Johannes Henrici Limingius*, circa annum 1610.
2. 3. 4. anonymi.
5. Mag. *Simon Er. Frosterus*: pastor Paldamoënsis pariterque rector scholæ Vloënsis. hinc pastor ecclesiæ hujus A:o 1620. constitutus.
6. Mag. *Marcus Pauli Sadelerus*, Biörneborgensis, remotus ab officio, Neocarlebyensis ludimoderator tandem exstitit.
7. Dn. *Michaël Jurvelius*, ex Secretario Acad. Aboënsis Pastor factus Vloæ 1657.
8. Dn. *Henricus Josephi Lithovius*, cui apud Schefferum inter litteratos Sveciæ locus non incelebris tribuitur, Sveciæ literat. p. m. 324.
9. Dn. *Jacobus Simonis Frosterus* A:o 1678. P. & P. Vleäensis.
10. Dn. *Andreas Jacobi Frosterus* A:o 1710.
11. Mag. *Zacharias Gabr. Lithovius*, Vloënsis, & Neoviensis ecclesiæ in Ingria pastor primum: inde Vloæ pastor & præpositus ab anno 1713. vsque hodie munere fungitur eodem: Vir eruditione & meritorum gloria clarissimus.

DIACONOS, temporibus proximis, præter pastorem vsq; ad añum MDCCXXIII. tres admodum ecclesia sustentavit. In comitiis regni verò eodem anno habitis, tertium ceu superfluum & rationibus privatis onerosum, cives, ipso partim clero neque invito, deprecati sunt.

Ex illo ordine

3. erat Dn. *Matthias Mansveti*, patre, vti videtur *Mansveti*

10. *Jacobi natus*: cujus inter Paldamoënſes paſtores, *perſonalia* perſcripta leguntur in illa provinciæ Cajanenſis deſcriptione Mſc. quæ virum graviffimum & doctiff. Dn. JOHANNEM CAJANUM P. & P. Paldamoënſem auctorem agnoſcit.
2. Dn. *Zacharias Sigfridi*, Aboënſis: amne in ipſo Vloënſi funere merſus acerbo.
3. Dn. *Henricus Joh. Fordelius*, A:o 1642.
4. Dn. *Henricus Joſepbi Lithovius*, A:o 1644.
5. Dn. *Jacobus Sim. Froſterus*, A:o 1655. poſtea paſtor Vloënſium.
6. Dn. *Zacharias Vlbegius* A:o 1672., deinceps paſtor Jjoënſium.
7. Mag. *Henricus Sacklinius*, A:o 1675. ſimul rector ſcholæ & ſacellanus, vitam ibidem cum morte mutavit.
8. Dn. *Carolus Lithovius*. A:o 1678.
9. Dn. *Johannes Forbus* A:o 1682, poſtmodum paſtor in Sijcajoki, vbi A:o 1733. finem vivendi fecit.
10. Dn. *Georgius Teuſchovius*, A:o 1682. Vloæ obiit 1691.
11. Dn. *Andreas Jacobi Froſterus*, A:o 1692. poſtea paſtor Vloënſium.
12. Dn. *Johannes Erici Cajanus*, A:o 1694. ordinatus & vltra XXX & IX. annos heic loci ſacellanus; vitam egregiè tranſactam beato exitu clauſit Vloæ A:o 1733. feſto Natalitiorum, vixit annos 63.
13. Mag. *Zacharias Jacobi Froſterus*, A:o 1700.
14. Dn. *Abrahamus Jacob. Froſterus*, hinc paſtor Paldamoënſium, vbi A:o 1726. piè moriebatur.
15. Mag. *Benedictus Gränroth*. A:o 1710.
16. Dn. *Georgius Rajaleen*, collegatus munere functus ali-
- quam-

quamdiu in triviali schola, diaconus ecclesiæ evasit A:o 1722; præterquam muneris sanctitate zeloque, ærumnarum, quas sub hoste sustinuit, patientia inclitus. 17. Dn. *Gustavus Bogman*, ab ecclesia Cronobyensi ejusque diaconatu huc translatus A:o 1735.

§. X.

Progredimur a templo ad curiam: **JUSTITIE** splendorem, nec non eorum, qui illius in vrbe *sacerdotio* præfecti sunt, brevem historiam daturi. Ad partem fori borealem splendide satis Themidos sacrarium illud exstructum erat. Sed cum vetustate longa compages molis, trabium & tabularum nexus defetiscere, adeoque prolapsionis periculum vndequaque minari inciperet, submoveri vetera, novumque prioris loco ædificium A:o MDCCXXIX. sterni & instaurari coeptum fuit; texturâ materiæ concinnâ, bipatientibus fenestris, aulais, picturis & ceteris, ad reddendam dignitatem loci magis conspicuam, nitoribus condecoratum. Divisa est compages altè fundata domus in duas amplas contignationes. Inferiore ædium parte altera, portorii cognitorum exedra est: excubitorum statio, & quibus illa gens præsidet, reorum ergastulum: ab alterâ vero œnopola residet, spumantes Baccho generosiore phialas, advenis & hospitibus infundens. Præterquam cauponâ, tabernis cellisque aliis hæc domus regio quoque distinguitur, iisdemque mercibus Moschovitarum aliorumque peregrinorum condendis dividendisque perquam opportunis. In superiori parte ædis atrium est amplissimum publicis civium comitiis inserviens. quod *grammatophylacium* ab una parte habet, ab altera vero conclave illud, ubi

conventus iudicum haberi, & de publicis atque privatis negotiis civium, senatus consulto decerni solet. Turri rotundâ, eademque eximîæ & altitudinis & capacitatis fori tribunal istud condecoratû, conspicitur. Abscondit illa intra hiantem vndiq; operis contextum horologium in dimetiendis temporum intervallis adcuratissimum vna cum indice horario, cuius *ut suspis, sic VITA fugit, cum stare videtur.* Neq; nolam in promptu modo habet, ætis mugitu suo reos & ceteram fori turbam, quoties opus fuerit, convocantem; verum inambulationem subdialem extra septa prominentem etiam, eandemque quadratæ basi superinstructam. cuius præterquam ad ornatum, in incendiis fortuitis, vel præcipuus vsus sese exerit, dum stationem turbæ præsidiariorum, vbi pedem tuto figere possit, opportunam præstat. Consulium, quibus vrbs nostra nullo non tempore æquissimis gavisâ est, hæc ferè nomina fuere:

1. Dn. *Gabriel Thomason*, A:o 1614.
2. Dn. *Georg Underson*: qui idem redituum ex piscatione Jjoënsi publ. conductor erat; floruit A:o 1629.
3. Dn. *Zacharias Ficke*, A:o 1642.
4. Dn. *Georgius Lythraus*.
5. Dn. *Daniel Kröger*. A:o 1647, collegam in dirigendis commerciis habuit
6. Dn. *Johan Brochmüller*, quem anno 1675. eandem stationem obivisse legimus.
7. Dn. *Andreas Georgii Lythraus*. A:o 1664.
8. Dn. *Henricus Forbus*.
9. Dn. *Georgius Zadler*. ab A:o 1682. ad an. 1688.
10. Dn. *Gabriel Gråå*. antea notarius Consist. eccl. Aboënsis ad annum 1715.

11. Dn. *Carolus Backmann*: Moschorum sub imperio pro-
Consul erat.
12. Dn. *Esaias Groop*.
13. Dn. *Josephus Klöwensich*. A:o 1727. vir eruditione, justiti-
æ & æquitatis laude conspicuus, quem rerum civili-
um principem administrum quam diutissimè supersti-
tem sibi & vrbi suæ Vloënses mei anxie desiderant.
SENATORES ipsi a consiliis forensibus, æquissimi ac
spectatissimi hodie sunt domini: *Matthias Dan. Blohm.*
Nicolaus Isaacsson. Bartholæus Frese. Nicolaus Gronovius. Hen-
ricus Klöwensich, qui notarii munere vna fungitur, &
Petrus Terswo.

§ XI.

QVæ rei civilis, quæ ecclesiæ in vrbe nostra facies sit,
penicillo, quo a nobis fieri potuit, brachioque, le-
viore puta, hætenus adumbravimus. Cum vero virtutis
& prudentiæ flore nullo exurgere possit respublica: non
sui operis incrementa aliqua habere societas ecclesiasti-
ca, neque, qui fortunæ & corporis bona in lucro pone-
re solent ceteri rectè valere possunt, nisi tempestivam
a litteris animi medicinam, præsidium & curarum sua-
rum solatia petant; quæ in vrbe litterariæ rei indoles olim,
quæ hodie invalescit: præcipue vero eorum, quibus animi
culturam ceu sementem debent cives nostri, gratam men-
tionem injicere juvabit. Quod SCHOLAM adinet, quo
anno vrbs ipsa, eodem anno hæc quoque, regis ejus-
dem auspicio fundata fuit. Est illud *Apollinis* templum ab
ecclesia non nisi exiguo intervallo remotum, ut ibi cen-
sentur adesse merita virtutis, ibi neque longe absint
præmiorum honorata decora. imo qui Musarum ædem
locus hodie recipit, idem ante iacta vrbis fundamenta
reli

religioni sacer erat. pridem enim facellum areâ & fundi ambitu eodem continebatur. Quod vero natales scholæ nostræ concernit, ab initio notari convenit, ad annum vsque MDCXXXIX. prima institutionis litterariæ rudimenta ibi saltem jacta fuisse. ita vt in pietate & scientia lingvarum, vsui quotidiario vtilium, tirones informarentur. Verum accidit non multo post, regnante *Pallade* Svethiæ augustâ regina CHRISTINA, & generali gubernatore magni ducatus hujus, Comite & Drotzeto PETRO BRAHEO adcurante, vt cum scholæ triviales per Finlandiam passim, præsertim verò in Helsingfors, Biörneborg & NyCarleby exturgerent, etiam VLOÆ superioris seculi anno trecesimo nono (1639.) schola ejusdem nominis atque instituti fundaretur, vbi artes generales proponerentur, lingua latina vsus in oratione prosa atq; ligata illustraretur, pariterque rudimenta pietatis, in catechismo b. Lutheri ac locis theologicis comprehensa, traderentur vna cum aliis exercitiis ad pietatem pertinentibus (a). Tollitur in

(a) Bazius invent. hist. eccl. pag: 834. sunt qui velint non triviale scholam aliquam Vloæ constitutam fuisse, antequam ab vrbe NyCarleby Vasam transferretur; tum primum Vloa quoque triviale scholam efflorescere cepisse instant, nempe anno 1683. Ast cum Neo-Carlebya, auspicio regina, tempore 6 anno, quem modo signavimus, sine dubio schola trivialis erecta fuit: de Vloa, quin curâ 6 munificentia ejusdem principis, felicitas hac eadem ipsi quoque obtigerit, donec rectora edocti fuerimus, tanto minus dubitare licebit, quanto Cajaniam vna cum vicinâ ditione jure Baronatus tum temporis possidebat iaem Braheus, regni senatorum princeps. ille qui, cum univ. Fenningia rem litterariam sibi immortalizo

in altum domus Pieria, quæ hodie est, duabus contiguationibus. quarum inferior in duos circulos subdividitur: tribus classibus, & subselliorum ordinibus, quantum sat est, imò duabus cathedris insuper distincta. In suprema classe, quam quartam vocant, *Rektor* & *Con-Rektor* summa fidelitate ac diligentia, quod suum est, agunt. Interim vrbicorum ruricularumque filiorum crescente numero, vt infima pars scholæ amplius multitudinis scholarium capax non esset, A.º MDCCXXXIII. factum fuit, vt Collegarum classes duæ in superiorem contabulationem transferrentur: vbi in hunc diem vsque iuventuti sibi commissæ, pro viribus, vtrique inserviunt. Qui præceptorum infimus est, atqve Apologistæ munere fungitur, vna cum Rectore & Con Rectore in parte inferiore ludi literarii, spartæ suæ sedulus invigilat; in superioribus ædibus vero vtriusque circuli discipulos ab Apologista, diebus Mercurii & Saturni, in subducendis calculis & rationibus exercentur. Silvestri materia scholæ fabrica ex integro constat, superque tectum æs tinnulum, a mercatore Henr. Arvolandro donatum, suspensum est: cuius cum crepitat stridulus clangor, studiis dicata iuventus ceu fulmine perculsa, gradum ad stationem in schola suam quisque accelerat, ne doctrinis, quibus auditoria personant, exfors sit, inq; eodem decurrendo stadio alius alium antevertat. Floret ludus & officina isthæc fidelibus semper magistris & præceptoribus. cum primis verò postquam in maiorem claritudi

bus meritis devinxit, credi nullo jure potest provinciam, fœderis nexu sibi obnoxiam, ejusdem cum ceteris, cura, pietatis liberalitatisque non consortem voluisse.

ritudinem dignitatemque euecta fuit : floret discentibus, quorum hodiè tam frequens & foecunda seges est, quam messes duo Jubilæa, vulgo numerare solent. Faxit DEUS, ut humanitatis & bonarum mentium sacrarium hocce tempestas & temporum sævitia non amplius vlla disturbet, verum studiis atque lingvis instituentium & instituendorum, longum resonet, exsplendetcat, Præter hæc, quæ jam delineavimus, nulla occurrunt ædificia publica, nisi recensitis adnumerare velimus tres domunculas, quæ ad totidem urbis introitus comparent, conditæ eorum vsui & habitationi, qui publicis vestigalibus colligendis præpositi sunt (b), quibus vir spectatissimus Dn. JOHANNES SNELLMANN supremo loco hodie præest: tanto a me honore majore compellendus, quanto flammula vitalis ejus primum mihi motum impressit: & quia adminicula modo vitæ bene instruendæ mihi suppeditat, proinde etiam fructum, si quem maturioribus annis protrudere studia mea possint, in solidum ipse sibi, utinam diu! vindicabit.

§. XII.

(b) Non procul telonio Cajanaburgensi, vulgo Cajana tullport, editus collis adparet, non nisi sabulo & albicantibus arenis constans. Vbi in planum desinit, statua quadam mercurialis (mithstolpe) conspicua altitudinis, regis nostri FRIDERICI I. sacro & augusto nomine, factâ quoque satrapæ paulo ante sedentis honorifica mentione, a summo ad imum condecorata conspicitur. Paucis hinc passibus, tumuli conspicui sunt aliqui, aut si mavis ager Odini (Odens Åker) ille, ubi Moschoviitha pridem, militari fato defuncti, humati sunt.

Fines denique urbis nostræ tribus vicibus, ob adventantium civium copiam dilatati sunt. quo factum est, ut periphæria urbis hujus insignem in modum adcreverit.

§. XII.

NOMINA *RECTORUM* scholæ Vloënsis invicem sibimet succedentium, hæc sunt :

1. Dn. *Simon Ev. Frosterus*, A:o 1611. simul Rector & Pastor in Paldamo, deinceps pastor Vloënsium.
3. Dn. *Jeremias Matthia*, Biörneburgensis, A:o 1621. postea pastor in Cronoby.
3. Dn. *Ericus Montanus*, Aboënsis, pastor in Pyhäjoki, & ultimo pastor in Jjo.
4. Dn. *Paulus Marci Boom*, Arbogiä Svecus, A:o 1632. postea pastor in NyCarleby, & A:o 1660. demum in Vasa.
5. Dn. *Petrus Theodori*, Vloënsis A:o 1640.
6. Dn. *Jacobus Tendschovius*, A:o 1647. postea facellanus in Calajoki.
7. Mag. *Andreas Vllstadius*, A:o 1649. Pastor in Jjo A:o 1660.
8. Dn. *Petrus Joh. Hoffrenius*, A:o 1661. postea Vllstadii successor in Jjo.
9. Mag. *Henricus Sacklinius*, simul facellanus & pædagogii rector ultimus vulgo habitus. A:o 1679. Vloæ piè expiravit.
10. Mag. *Olavus Lauræus*, huic muneri A:o 1681. admotus est, scholæ trivialis nostræ Rector fidelissimus. Vir, summæ, in juventute regenda informandaque diligentie suæ nomine, longe meritissimus, & post cineres etiamnum venerandus. Vloæ fatis piè & placidè cessit.
11. Mag. *Christophorus Alanus*, A:o 1690, deinceps pastor in Jjo.
12. Mag. *Ericus Wallenius*, A:o 1697. postea pastor in Calajoki.
13. Mag. *Simon Forström*, Vloënsis, ab A:o 1710. ad annum 1727. hoc nomine & munere inclaruit, hodie pastor

& præpositus in Paldamo.

14. Mag. *Samuel Hornæus*, Borea Fenno, A:o 1727. spartam hanc capessere cœpit, antea scholæ cathedralis, Aboënsis Lector extraordinarius, simul academia Aboënsis vice secretarius, Consist. eccles. notarius & ecclesiæ Pema-rensis pastor vicarius; muneri sibi commisso insigni cura & laude hodie præest.

CON-RECTORES Scholæ Vloënsis fuere sequentes:

1. Mag. *Petrus Pertinus*, A:o 1681. dein pastor regiminis, & tandem pastor & præpositus in Pyhäjoki.
2. Mag. *Laurentius Forbus*, A:o 1690. postea Pastor in Sji-cajoki, ultimo vero pastor & præpositus in Kiemi, optime meritis.
3. Mag. *Ericus Frosterus*, hunc locum occupavit A:o 1695. hinc pastor in Pudasjervi. hodie vero pastor & præpositus in Kiemi, vir omnigenæ eruditionis laude venerabilis.
4. Dn. *Christiernus Gisselkors*, A:o 1708, postea pastor regiminis, & deinceps pastor in Limingå.
5. Mag. *Ericus Asplund*, A:o 1712 postmodum pastor in Sæby Westmannorum.
6. Mag. *Petrus Gvrb. Hellberg*, A:o 1722. Con-Rector ordinatus, consobrinus meus amantissimus, honoratissimus, jam pastor vrbis Christinæ & Lappfied vigilantissimus.
7. Dn. *Andreas Cajanus*, A:o 1736. mense decembri in locum ejus subrogatus est.

COLLEGARUM munere sequentes egregiè defuncti sunt.

1. Dn. *Andreas Mundocius*, Aboënsis, A:o 1650.
2. Dn. *Henricus Theodori*, A:o 1651.
3. Dn. *Andreas Mathesius*, A:o 1654. ad annum 1672.

4 Dn.

4. Dn. *Carolus Lithovius*, A:o 1672.
5. Dn. *Henricus Lithovius*, A:o 1678.
6. Dn. *Josephus Carlenius*, A:o 1679.
7. Dn. *Laurentius Vlsadius*, A:o 1680. convictus fanatici-
smi, ne nocere posset, carceris, quod cum orphano-
trophio conjunctum est, pædore & mœrore confectus
interiit Holmiæ A:o 1732.
8. Dn. *Carolus Malmsten*, A:o 1684.
9. Dn. *Johannes Vegelius*, Ilmolenſis, A:o 1683. hinc pa-
stor in Pudasjervvi: postea facellanus in Pemar, &
denique pastor & præp. in Tyrvvis.
10. Dn. *Simon Frosterus*, A:o 1682. postea facellanus in
Haukipudas.
11. Dn. *Andreas Humenius*, A:o 1682.
12. Dn. *Bartholdus Vhaët*, A:o 1688. dein pastor regiminis,
& vltimo past. & præp. in Ilmola, in comitiis Stock-
holm. obiit A:o 1723.
13. Dn. *Johannes Palmannus*, A:o 1693. postea facellanus
in Muhos.
14. Dn. *Laurentius Matilain*, A:o 1693.
15. Dn. *Johannes Hedraus*, Anno 1694. Collega superior
ordinatus, post modum facellanus in Tyrnævva & Li-
mingå, quo munere adhuc diligenti cum cura fungi-
tur, licet, durante bello proximo, ærumnarum malo-
rumque perpeſſione multâ, valetudinis jacturam minimè
levem fecerit.
16. Dn. *Gabriel Lithovius*, A:o 1695. dein facellanus in Ca-
lajoki.
17. Dn. *Johannes Brax*, A:o 1699. Collega inferior con-
stitutus, deinde vero facellanus in Paldamå, tandem

A:o 1736. pastor in Carlö. antequam autem munus pastorale adiret, è vita migravit.

18. Dn. *Georgius Rajaleen*, jam facellanus Vloensis.
19. Dn. *Gabriel Vesteen*, Collega extraordinarius.
20. Dn. *Johannes Berger*, jam Sacellanus in Töffala.
21. Dn. *Henricus Carlenius*, postea facellanus in Muhos.
22. Dn. *Andreas Cajanus*, A:o 1724. Collega superior factus, nunc vero Con-Rectoris officio ibidem donatus, cujus ego paulo ante, superiorum arbitrio, statione locatus sum.
23. Dn. *Laurentius Henricus Backmann*, A:o 1727. jam pastor Cajanaburgensis.

Series Præceptorum sive *APOLOGISTARUM* hæc est.

1. Dn. *Jacobus Lybeck*, postea facellanus in Kiemi.
2. Dn. *Carolus Malmsten*, dein facellanus in Muhos.
3. Dn. *Ericus Scarin*, V-Gothus, patre genitus *Erico Algoti Scarin*, in gymnasio Scarenli eloquentiæ Lectore.
4. Dn. *Isaacus Biörnström*, A:o 1695. postea facellanus in Kiemi.
5. Dn. *Christiernus Gisselkovs*, A:o 1703. dein Con-Rector & tandem pastor in Limingå.
6. Dn. *Georgius Rajaleen*, A:o 1708. dein facellanus Vloensium.
7. Dn. *Samuel Keckmann*, A:o 1713.
8. Mag. *Esajas Fellmann*, A:o 1723. dein Con-Rector Vassensis, jam vero ibidem Rector hodiernus.
9. Dn. *Samuel Wacklin*, Vloensis, A:o 1729. non ita pridem pastor arcis Aboënsis a R:a M:te constitutus.
10. Dn. *Jacobus Elfvig*, A:o 1731. modernus.

Est illa VLOÆ vrbs, patriæ meæ, externa species,
eius-

ejusque forma regiminis hodierna cum civilis tum quoque ecclesiastica. Perscribere natales illius propositum mihi fuit, quibus utrum operæ pretium fecerim quidquam, non satis scio; neque si sciam, dicere ausim. Non dubito fore multos, quibus levior & prope inanis videbitur opera nostra: præsertim iis, quibus desipiunt præsentia & ante oculos posita; quæ vero tempore & loco remotiore posita sunt, præ ceteris arrident mirificè. Verum cum sit illud non insolens, ut una sæpe hora multorum annorum opus excidio atque ruinæ dedat, eademque nostræ urbi vices perinde impendeant: imo quæ jam sordet animis nostris æternæ facies, quia profat & ipsa se quotidie ingerit, eadem incendio & facto hostili quocumque, destrui inopinato abolerique possit: ut quid in rem fiet, tempestive provideamus, & quæ succedet, non incuriosa priorum, posteritas in illo casu, umbram in cineribus aliquam habeat, quam in investigando pristino flore & pulcritudine *SAMNII* sui sequatur, formæ, situs & ædificiorum publicorum, quæ nunc sunt lineamenta dare & ad posteros transmittere, ab officio & pietate civis prorsus non alienum existimavi. Ceterorum memorabilium, quæ hujusce dimensi nostri ratam partem superant, ut puta civium œconomia, commerciorum, reddituum, opum nec non fatorum præcipuorum urbis nostræ historiam pleniorum V. D. alio tempore tradituri, interim manum de tabula.

DEO Trinuni, in æternum, sit laus,
gloria & majestas!

SECTIO POSTERIOR,

*FRATRI suo germano, longe
dilectissimo.*

Communis in patriam amor & adfectus, quem mortalibus SUPREMUM NUMEN iniecit, patriæ bono, labores & pericula quæcunque subire, nostraque ipsorum emolumenta seponere jubet. Ab illo instinctu naturali, lumen, quod ad honestè agendum menti nostræ inditum est, neque dissentit, cum societatem neque graviolem ullam alicui esse debere præcipit, quam ea, quæ cum republica unicuique nostrum fuerit. Causam Cicero adnectit: quod complectatur illa reliquorum omnium, puta parentum, liberorum & cetera officia. Quam obrem à Sophocle non malè comparatur navi, qua incolumi, navigantes salvi sint: eadem vero fractâ, universi periclitentur. Et id rectè quidem. Quid enim post DEUM, carius ac jucundius genitrici solo? certè patriæ casus detectas, easdemque sæpe illustriores, quam *Sixti V.* Pontificis illæ, nemo fastidit: tuguria, ex quibus pueri prodire, montes atque fluvios, quorum in vicinia educati fuere, multi sunt, qui cum mundi divitiis neque permutare velint, *CÆSARES* certè multi leguntur incunabulorum suorum locum sanctè ad eò deperiisse, ut non assiduè modò illic, religionis suæ pietatisque testificandæ causa commigraverint, sed & domicilium imperii eodem transferre destinaverint. Tantorum exemplo nominum excitatum TEMET, FRATER dilectiss. natalis soli GENIUM, quo nil nobis conjunctius, absentem neque dememinisse, præsens dissertatio satis indicat, quâ illustrandis patriæ memorabilibus, solertiam ingenii TUI adcommoda-

modare voluisti. Illud quod argumentum, sicut negare nemo potest, difficillimæ indaginis, neque minoris elaborationis esse: ita civium nemini non grata audiet opera TUA, quod domi natas fruges potius, quam peregrinas glandes domestico & cognato lari, votivum donum obtuleris: porticus, forum, fana, judicia, consuetudines & familiaritates VLOÆ nostræ, quam aliarum gentium percensere malueris: quarum pompam rituum, morum atque ædificiorum alii jam ante plus satis descriperunt. Imo exteris etiam, præcipue verò illis, qui nisi mundum, non aliam patriam agnoscunt, se nunquã non probabit industria TUA, cum illa regione, quam Phœbum lumine non illustrare aliquo opinati sunt, civilitatis vestigia, cogitatione & memoria digna plurima occurrere, animadverterint. Gratulor ego verò TIBI, amantissime FRATER, candore & quo fratrem amore decet, pulcherrimum industriæ eruditionisque specimen. Calet animus mihi, fervere cor, cum patrio ruri, quod non minoribus adversitatibus, quam illecebris adolescentiam TUAM exercuit, hanc grati animi remunerationem rependis. Sint calida vota testes: Vive patriæ & penatibus spes & felix quam diutissime: vive necessitudinibus & ceteris familiaritatibus, præcipue verò parentibus dulce solamen & senectutis oblectamentum suavissimum!

Scrib. Tyrnave die 4. Martii
A:o MDCCXXXVII.

Ita simplici mente, sed vera
fide precatur

PETRUS Joh. SNELLMANN.
Verbi D. Minister.

Enck=Sunkan

Til

Sin Högtråde E. BRÖDER /

Lå Han sitt snilles försäling, om thes födslostad UEA, för the
Lårda offrade.

GA ha J sådt, min BRÖDER, ett ämne til then heder,

At framte thet, hwarpå J möda mången siund

Utlagt, ja hufwudbråk, och nätter utan blind,

Lå J wår UEA Stad förswaren i Satheder.

Eit ämne sinneiskt nog, hwar i rätt prödligt finnes,

Hur' Bror nog om och moha om UEA warit har,

Lå Han thes uplömsi, flor, thes öden, ålders da'r,

Så nått och listigt månd' of teckna nu til minnes.

Eho af thetta wårck nu någon affskrift åger,

Kan ögonstenligt se, at Bror sin slit eij spart,

Til pricka nämna op, hwad nånfin warit rart:

Hwad hedra Staden kan, EA stijt försvålsamt säger.

Wål EA min Broder kår, som redan har sådt smalt

Af Cassals lufwa stod thes wåshets wåtska stån,

Wål EA, ty Pallas self snart ämnar EA en lön,

Lå J bland Lårda få EA rum och ställe inoka.

Öddelig åra wisi, år ju then wård at winna,

Som för sit Zosterland eij swett och pengar spar,

Hos efterweriden blix thes wårda pris ju arar,

Ja, sielswa afwunden thet jamma måst besinna.

Min Bror, far thesfor' fort, eij lågs EA möda neber,

Tro stutt EA wårda lof man eij skal glömma bort,

EA witra arbet blir i manna minne wårt,

Som J framgiffwit ha'n til hela UEA heder.

Sij! EA lærer self Apollo wål belöna

För EA digra wårck, som J med mycken nijt

J linjet nu frambracht, och för EA stora stijt

Med Lager-Erangen grön EA snälla hufwud fröna.

UEA den 9. Martii 1737.

Wålment lämnad af thes
trognaste broder

NICOLAUS Joh. SNELLMANN.

Hjerbotnings.